

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis Scheffleri S. R. Eccl. Presbyteri Concilium
Tridentinvm antè Tridentinum**

Angelus <Silesius>

Nissæ, 1675

urn:nbn:de:hbz:466:1-42264

35

Th. 2395.

JOHANNIS SCHEFFLERI
S. R. Eccl. Presbyteri

CONCILIUM
TRIDENTINVM

antè Tridentinum,

Exquisitissimis orthodoxorum

Patrum testimonii in ipso
Collegij fonte visis com- Sextus Iesu
1678
Padib. probatum.

Omnibus Catholicis ad convincen-
dos Hæreticos utilissimum Ma-
nuale ac Promptuarium.

Leuter: XXXII 7. Interroga Pa-
trem tuum & annūciabit tibi,
majores tuos, & dicent tibi.

Cicero Cotta Lucillo: Majoribus
nostris etiam nullā ratione
redditā rationis est credere.

Cum Licentiâ Superiorum.

NISSÆ, apud Ignatium Con-
stantinum Schubart, 1675.

*Meisnerus Lutheranus in Con-
sult: pag. 189. 201. seqq.*

Religio, quam sancti primorum saeculorum Patres tenuerunt, non potest esse falsa, cum veræ sanctitatis fundamentum sit vera Fides & Religio.



PRÆFATIO,

Amice Lector.

Anta est in procello-
so hujus Mundi ma-
ri religionum & o-
pinionum diversitas, ut homo
de salute suâ anxi⁹, inter tot tu-
multuantū, ac hic est Christus
clamantium vociferationes ne-
sciat, quorsum se vertere, aut
ubi pedem suum sistere debeat;
nisi singulari divinæ gratiæ fa-
vonio afflatus & impulsus, se-
cundū Cynosuram cursum

A 2 suum

Præfatio.

suum dirigat, atq; ita in veræ
Ecclesiæ portum perveniat: :
In primis enim verū est, unam
saltem esse veram Ecclesiam,
extra quam nemo salvati, u-
namq; ab eā inseparabilem fi-
dem salvificam, sine quā DEO
nemo placere possit. Quod,
cūm non solum sacræ Scriptu-
ræ, & omnium Ecclesiæ Do-
ctorum autoritate roboretur,
verūm etiam unanimi omnium
gentium & sectarum consensu,
quarum unaquæq; suam talem
eijus, sicq; se in illâ salvati posse
putant, approbetur: Facilè
videre est, quām frivola sit
quo-

Præfatio.

quorundam Pseudopoliticorum
contra totius Mundi sensum,
quemlibet in suâ religione sal-
vari posse, afferentium opinio.
Cùm igitur nec his assentien-
dum, nec cum alijs perpetuò flu-
tuandum sit; Et tamen ex
bac unâ re aeterna vel felicitas
vel infelicitas pendeat: uni-
cuiq; summâ diligentia circum-
spiciendum est, ut illam Cyno-
suram invenire, Et sic in ve-
râ Ecclesiæ portum se recipere
valeat. Cynosura illa, omnium
consensu, non est alia; quam
Primitiva Ecclesia. Manife-
stum est enim etiam Doctores

A 3 bete-

Præfatio.

heterodoxos convenire, quod in
primis quatuor sæculis Ecclesia
visibilis fuerit vera, incorru-
pta, incontaminata, atque ita
nullis nec fidei nec doctrinæ er-
roribus obnoxia Sponsa Christi.
Quæ cùm ultrò concedant, &
nobiscum idem affirmantibus
liberè sentiant, prorsusq; con-
fessum sit, veræ Ecclesiæ o-
mnia quoque minima vera es-
se debere, cùm alias non vera,
sed falsa esset: nulla videtur
certior, melior, & securior via
aut regula, inter tot dissiden-
tes, quibus Christianus Orbis
divisus est sectas, veram &
genu-

Præfatio.

genuinam inveniendi Ecclesi-
am, quām illorum quatuor sæ-
culorum doctrinam, fidem, mo-
res, & religiosos actus conqui-
rere, atq; ex ijs formam illius
Ecclesiæ cognoscere. Illâ enim
cognitâ facile ac per se patebit,
quæ sit vera, quæ falsa Eccle-
sia, hoc infallibili superinducto
argumento.

Quæcunq; Ecclesia Primi-
tivæ quatuor sæculorum Ec-
clesiæ est conformis, illa est ve-
ra, incorrupta, incontaminata,
atque genuina Christi Ecclesia.

Illa Ecclesia, in quâ vigent
primitivæ doctrina, fides, mo-
res,

Præfatio.

res, aëtus religiosi, est isti primitivæ conformis.

E illa Ecclesia, in quâ ista omnia vigent est vera, incorrupta, incontaminata, atq; genuina Christi Ecclesia.

E contra: Quæcunq; Ecclesia illi primitivæ non est conformis, illa est falsa, corrupta, atq; hæretica.

Illa Ecclesia, in quâ non vident primitivæ doctrina, fides, mores, aëtus religiosi, isti primitivæ non est conformis.

E, illa Ecclesia est falsa corrupta atq; hæretica.

Quæ conclusiones tam clare sunt,

Præfatio.

sunt, ut à nemine vel in dubium vocandas, vel reisciendas fore credam; nisi veram Ecclesiam nunquā extitisse presumptuōissimā insaniā blaterare velit; aut tot tantorumque virorum testimonia inanē nugatione næuos Patrum dicere. Quapropter cùm infallibiliter certus sim, modernam Romanam Catholicam Ecclesiam cum ista primitiva in omnibus convenire, meusq̄ erminator Bohemo-Lipsicus more suæ farinæ hominum olim futuissimè mibi oggannerit, doctrinam Concilij Tridētini no-

A 5

vam

Præfatio.

vam esse; volui omnibus men-
daciſſimo tali clamore deceptis
demonſtrare, illam prorsus non
novam, ſed antiquiſſam di-
ctiæque Primitivæ Ecclesiæ do-
ctrinæ ex aſſe conformem eſſe.
Collegi ergo in omnia Confefſio-
nis Tridentinæ puncta Eccle-
ſiæ primitivæ teſtimonia, ♂
ea quidem non multa, tot ta-
men ac tanta, quæ pro pleniffi-
mâ demonſtratione in parvo
manuali quod intendi, ad hæ-
reticorum conſuſionem, ♂ con-
fortationem Catholicorum ſuf-
ſicere arbitratus ſum. In qui-
bus etiam hoc præſtit, ut omnia
in i-

Præfatio.

in ipsis fontibus tædiosissimo la-
bore viderim & exscripserim,
quo lectorē omni ex parte secu-
rum reddere possem, nihil sibi
falsum aut mutilatum proponi.
Suscipiat igitur grato animo,
& si foris est, vela pandat, cur-
sumq; suum secundūm hanc Cy-
nosuram ex ipsā suorum sen-
tentiā infallibilem, in Roma-
næ utpote veræ Catholicæ &
Apostolicæ Ecclesiæ portum di-
rigat; ne hæresis callida & fu-
nesta illa Tyrannis, animum
eius veneficio suo totaliter de-
mentet atque obcæcet, scopu-
lisque errorum illidens infeli-
cissi-

Præfatio.

cissimo naufragio in æternæ
damnationis abyssum præcipi-
ter. Quod ut evadat, hoc ipso
labore meo sicut intendi, ita
et præsentatione ejusacm ani-
mitus precor.

PRO-

• 8) X (8 •

PROFESSION
FIDEI
Concilij Tridentini.

Go N. Firma Fide
credo & profiteor
omnia & singula,
quæ continentur in Sym-
bolo Fidei, quo sancta Ro-
mana Ecclesia utitur, vide-
licet: Credo in unū Deum
Patrem omnipotentem, fa-
ctorem cœli & terræ, visibi-
lium omnium, & invisibi-
lium: Et in unum Dominū
Jesum Christum, Filium
Dei unigenitum, & ex Pa-
tre

Professio Fidei

trē natum ante omnia sæ-
cula; Deum de Deo, lumen
de lumine; Deum verum,
de Deo vero; genitum non
factum, consubstantiale
Patri, per quem omnia fa-
cta sunt; Qui propter nos
homines & propter nostrā
salutem descendit de cœlis,
& incarnatus est de Spiritu
sancto ex Maria Virgine,
Et homo factus est; Crucifi-
fixus etiam pro nobis sub
Pontio Pilato, passus & se-
pultus est; Et surrexit ter-
tiâ die secundum scriptu-
ras; Et ascendit in Cœlum,
sedet

Conciliij Tridentiui,
sedet ad dexteram Patris;
& iterum venturus est cum
gloria judicare vivos &
mortuos; cuius regni non
erit finis: Et in Spiritum
sanctum Dominum, & vi-
vificantem, qui ex Patre,
Filioque procedit; Qui cū
Patre & Filio simul adora-
tur, & conglorificatur, qui
locutus est per Prophetas:
Et unam sanctam Catholi-
cam & Apostolicam Eccle-
siam. Confiteor unum ba-
ptisma in remissionem pec-
catorum, & expecto resur-
rectionem mortuorum, &
vitam

Professio Fidei

vitam venturi sæculi, Amen, 1. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutions firmissimè admitto, & amplector. 2. Item sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarū, admitto; nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. 3. Profiteor quoque

Sep-

Conciliij Tridentini.

Septem esse verè & propriè
Sacramenta novæ Legis à
IESU CHRISTO Domino
nostro instituta, atq; ad sa-
lutem humani generis, licet
non omnia singulis necessa-
ria, scilicet: Baptismum,
Confirmationem, Euchari-
stiam, Pœnitentiam, Extre-
mam unctionem, Ordinem
& Matrimonium; illaque
gratiam conferre, & ex his
Baptismum, Confirmationem
& Ordinem, sine sacri-
legio reiterari non posse.
4. Receptos quoque & ap-
probatos Ecclesiæ ritus in

supra-

Professio Fidei
supradictorū omnium Sa-
cramentorum solemni ad-
ministratiōe recipio, &
admitto. 5. Omnia & sin-
gula, quæ de peccato origi-
nali, & de justificatione in
sacrosanctâ Tridentinâ Sy-
nodo definita & declarata,
fuerunt amplector, & reci-
pio: 6. Profiteor pariter
in Missa offerri Deo verum
proprium & propitiatoriū
Sacrificium, pro vivis & de-
functis. 7. Atque in San-
ctissimō Eucharistiæ Sacra-
mento esse verè realiter &
substantialiter Corpus &
San-

Conciliij Tridentini.

Sangvinem unà cum ani-
ma & divinitate Domini
nostrí I E S V Christi, fieri-
que conversionem totius
substantiæ panis in Corpus,
& totius substantiæ vini in
Sangvinem; quam cōver-
sionem Catholica Ecclesia
transsubstantiationem ap-
pellat. 8. Fateor etiā sub
alterā tantūm specie totum
atque integrum Christum,
verumque Sacramentum
sumi. 10. Conſtāter teneo
Purgatorium esse, animas-
que ibi detentas fidelium
ſuffragijs juvari: 11. Simi-
liter

Professio Fidei,
liter & Sanctos unā cum
Christo regnantes, vene-
randos atq; invocādos esse,
eosque orationes Deo pro
nobis offerre. 12. Atq; co-
rum reliquias esse veneran-
das. 13. Firmissimè assero,
Imagines Christi ac Deipa-
ræ semper Virginis, nec nō
aliorum Sanctorum haben-
das & retinendas esse, atq;
eis debitum honorem ac
venerationem impertien-
dam: 14. Indulgentiarum
etiam potestatem à Christo
in Ecclesia relictam fuisse,
illarūmq; usum Christiano
popu-

Conciliij Tridentini.

populo maximè salutarem
esse, affirmo. 15. Sanctam
Catholicam & Apostolicam
Romanam Ecclesiam, e-
mniū Ecclesiarū Matrem
& magistrum agnosco. 16.
Romanóq; Pontifici, beati
Petri Apostolorum Princi-
pis Successori, ac Iesu Chri-
sti Vicario, veram obedien-
tiam spondeo, ac juro. 17.
Cætera item omnia à sacris
Canonibus, & œcumenicis
Concilijs, ac præcipue à Sa-
crosancta Tridentina Syno-
do tradita, definita, & de-
clarata, indubitanter reci-
pio

Professio Fidei
pio atque profiteor. 18. Si-
mulque Contraria omnia,
atque hæreses quascunque
ab Ecclesia damnatas, reje-
ctas & anathematizatas, e-
go parirer damno, rei^o &
anathematizo. 19. Hanc ve-
ram Catholicam Fidem, ex-
tra quam nemo salvus esse
potest, quam in præsenti
sponte profiteor, & veraci-
ter teneo, eandem integrā,
& inviolatam, usque ad ex-
tremum vitæ spiritum con-
stantissimè (Deo adjuvan-
te) retinere & confiteri, at-
que à meis subditis, vel il-

lis,

Conciliij Tridentini.

lis, quorum cura ad me in
munere meo spectabit, te-
neri, doceri & prædicari,
quantum in me erit cura-
turum, ego idem N. spon-
& deo, voveo ac juro.



CON-

2.
CONCILII TRIDEN- str
tini antè Tridentinum qu
2.
Su
ga
sim
pra
à S

Articulus I.

Traditiones Ecclesiasticas
admitendas esse.

Verba Concilij.

*Apostolicas & Ecclesiasticas tra- bu-
ditiones, reliquasque ejusdem Ec- tem-
clesiae observationes & Constituti-
ones, firmissime admitto, & am- ost-
plector.*

*S*anctus Dionys. Areopag. Eccl:re v-
bier: c. 1. Quocirca Primi il. Eccl:
li nostræ hierarchiæ duces, acqua-
principes, &c. res Cœlestes par-niss-
tim scriptis partim non scriptis hia,
suis institutionibus ex sacro san- qui-
Etis Legibus nobis tradiderunt. um

S. Fa-

Articulus Primus.

S. Fabianus Papa & Mart. Ep.

*2. ad Episcop. Oriēt: Cura est ve-
stre solicitudini adhibenda, ut ea,
quæ sunt ab Apostolis eorumq;
Successoribus ordinata, & insti-
gante S. Spiritu instituta, nec dis-
simulatio negligere, nec aliqua
præsumptio valeat turbare. Ista
à Sanctis Apostolis & Successori-
bus eorum accepimus, vobisq;
Etenenda mandamus.*

*ti. Irenæus l. 3. c. 4. Tantæ igitur
ostensionis cùm sint hæc, non o-
portet adhuc apud alios quære-
re veritatem, quam facile est ab
Ecclesia sumere: cùm Apostoli
acquasi in depositoriū dives, ple-
nissimè in eam contulerint om-
nia, quæ sint veritatis: uti omis-
sione quicunque velit sumat ex ea po-
tum vitæ. Hæc enim vitæ in-*

Conciliū Trident: antē Trid:

troitus, omnes autem reliqui fu-
res sunt & latrones'. Propter &
quod oportet devitare quidem pe-
illos: quæ autem sunt Ecclesiæ, lu-
cum summâ diligentia diligere, di-
& apprehendere veritatis tradi-
tionem. Quid enim? etsi quib[us] de aliquâ modicâ quæstione ni-
disceptatio esset, nonnè oportet ad-
ret in antiquissimas recurrere ve-
Ecclesiæ, in quib[us] Apostoli con- an-
versati sunt, & ab eis de præsenti lis-
quæstione sumere, quod certum cle-
& reliquidum est? quid autem ad-
si neque Apostoli quidē Scriptu- ne-
ras reliquissent nobis, nonnè o de-
portebat ordinem sequi traditi- lonis, quam tradiderunt ijs, qui ne-
bus comitabant Ecclesiæ? Curar
ordinationi assentiū multæ genti-
tes barbarorum, eorum qui in à g-

Chr

Articulus Primus,

fu- Christum credentes, sine chartâ
er. & atramento scriptam habentes
n. per Spiritum in cordibus suis sa-
æ, lutem & veterum traditionem,
re, diligenter custodientes.

di. *Id. lib. eod. c. 3. Traditionem*
qu. Apostolorū in toto mundo ma-
nifestatam in (omni) Ecclesia
adest perspicere omnibus, qui
vera velint audire, & habemus
annumerare eos qui ab Aposto-
lis instituti sunt Episcopi in Ec-
clesijs, & Successores eorū usq;
ad nos, qui nihil tale docuerūt,
neque cognoverunt quale ab his
deliratur. Sed quoniam valde
longum est, in hoc tali volumi-
ne omnium Ecclesiarū enumere
Successiones, maxima & an-
genti quissimæ & omnibus cognitæ,
in gloriofissimis duobus Aposto-

Conciliū Trid. ante Trident.

lis Petro & Paulo Romæ funda- ad
tæ & constitutæ Ecclesiæ, eam Pe-
quain habet ab Apostolis tradi- na-
tionem & annuntiatam homini eſſ-
bus fidem, per successiones Epiſ- tio-
scoporum pervenientem usque ad ve-
nos, indicantes, confundimus oſſi-
mnes eos, qui quoquomodo ve- de-
per ſui placentiam malam vel va- qu-
nam gloriam, vel per cæcitatem &
& malam ſententiā, præterquæ ver-
oportet colligunt. Ad hanc e-
nim Eccleſiam propter potenti In-
orem Principalitatem necesse eſſe ſu-
omnem convenire Eccleſiā. hoc om-
eſt, eos qui ſunt undiq; fideleſt,
in quâ ſemper ab his qui ſuntibus
undiq; conservata eſt ea, quæ egra-
ab Apostolis traditio. & c.

Idem ibid. Recensit is Romæ ad
nis Pontificibus à S. Petro uſqu' ora-

ad

Articulus Primus.

da ad S. Elevtherium sui temporis
m. Pontificem subjungit: Hac ordi-
adi natione & successione, ea quæ
ini est ab Apostolis in Ecclesia tradi-
Epi. tio & veritatis præconiatio per-
e a venit usque ad nos. Et est plenis-
s o sima hæc ostensio, unam & ean-
ve dem vivificatricem Fidem esse,
va quæ in Ecclesia ab Apostolis usq;
en nunc sit conservata & tradita in
na veritate.

ce *Origenes homil. 5. super Num.*
nti In Ecclesiasticis observationibus
e e sunt nonnulla hujusmodi, quæ
ho omnibus quidem facere necesse
ele est, nec tamen ratio eorū omni-
bus patet. Nam quod (verbi
e gratiâ) Genua flectim⁹ orantes,
& quod ex omnibus cœli plagiis
m ad solam orientis partem cōversi
quorationem fundimus, non facile
ad

Concilij Trid: antē Trident.

cuiquam puto ratione compre-
tum. Sed & Eucharistiæ sive per-
cipiendæ, sive eo ritu quo geri-
tur explicandæ, vel eorum qua-
geruntur in Baptismo verborum
gestorumq; & ordinum atq; in-
terrogationum & respōsionum
quis facile explicit rationem? &
tamen omnia hæc opera & ve-
lata portam⁹ super humeros no-
stros, cùm ita implemus ea &
xequimur, ut à magno Pontifici
atque ejus filijs tradita_u, & con-
mendata suscepimus⁷.

*Eusebius Cæsariensis lib. 1. de
monstr. Evang. c. 8. Moyses in ta-
bulis in animatis, Christus autem
in mentibus vitâ præditis, perfec-
ta novi Testamenti documen-
descripsit: ejus verò Discipuli &
Magistri sui nutum, partim litt
ris, pa*

Articulus Primus.

ris, partim sine litteris, quasi jure
quodam non scripto, servanda
commendarunt.

Basilus M. de Spiritu S. c. 27.
Dogmata quæ in Ecclesia servan-
tur ac prædicantur, partim ex cō-
scripta doctrina habemus, partim
ex Apostolorum traditione ad
nos delata, in mysterio recepi-
mus. Quorum utraqüe parem
vim habent ad pietatem, nec his
quisquā contradicit, qui vel mo-
dicam saltem Ecclesiasticorum
jurium experientiā habet. Nam
si cōsuetudines, quæ scripto pro-
ditæ non sunt, tanquam haud
multum habentes momenti co-
nemur rei scere, imprudentes c-
tiam ipsis principalibus Evange-
lij partibus damnum inferrem⁹;
imò potius ipsam fidei prædica-

¶ *Concilij Trident. antè Trident:*
tionem, ad nudum nomen con-
traheremus. Vbi postea multa
reconsent quæ in Ecclesia servan-
tur, & tamen scripto non sunt
prodita.

Idem ibid: c. 29. Arbitror au-
tem Apostolicum esse, etiā non
scriptis traditionibus inhærere.
Laudo, inquit, vos, quod omnia
mea meministis, & quemadmo-
dum tradidi vobis, traditiones
tenetis; & illud, tenete traditi-
ones, quas accepistis, sive per
sermonem, sive per Epistolam.

Idem l. 1. contr: Eunomium:
Eunom. Peto autem præ cæteris
à vobis, ne velitis Majori parti
plus attribuere ac multitudine
verum à falso discernere, neque
dignitate quorundam commoti-
mentem offuscati, vel plus anti-
quio-

Articulus Primus.

quioribus deferēdo posteriorib⁹
aures obserare. *Basilius*: Quid
dicis? non dabimus plus anti-
quitati? non reverēbimur Chri-
stianorum multitudinem, tam e-
orum qui sunt, quam eorum qui
fuerunt, ex quo Evangelium præ-
dicatum est? nullam rationem
dignitatis eorum faciemus, qui
omni spirituali gratiā claruerūt?

Idem homil. contr: Sabellii &c.
At ne Spiritum sanctum à Patre
& Filio separe, absterreat te tra-
ditio: Dominus ita docuit, A.
postoli prædicaverunt, Patres
conservarunt, Martyres confir-
mārunt: Sis contentus dicere
velut doctus es. Et ne mihi pro-
fer hæc ex tua sapientia.

*Idem Epist. 61. Dogmata Pa-
trum contempta sunt, Aposto-*

Conciliū Trid. antē Trident.

licet traditiones annihilatae, novorum hominum inventa in Ecclesiis regantur:

Epiphanius hæresi⁹⁹. Terminis nobis positi sunt & fundamenta, & ædificatio fidei, & Apostolorū traditiones, & Scripturæ sanctæ & successiones doctrinæ, & undequaque veritas DEI munera est. Nemo igitur decipiatur novis fabulis.

Id: hæresi⁹¹. Oportet autem & traditione uti. Non enim omnia à Divinâ Scripturâ possunt accipi: quapropter aliqua in Scripturis, aliqua in traditione S. Apostoli tradiderunt. Quemadmodum dicit S. Apostolus: *Sicut tradidi vobis. Et alibi Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesijs, vide eundem hæresi⁹⁹. & 75.*

Chris.

Articulus Primus.

Chrysostomus in 2. Thessal. O-
rat. 4. State & tenete tradicio-
nes. Hinc patet perspicuum,
quod non omnia per Epistolam
tradiderint; sed multa etiam sine
litteris: Eadem verò fide digna
sunt, tam illa quam ista. Quam-
obrem Ecclesiae quoq; traditio-
nenam fide dignam putamus, est
traditio, nihil quæras amplius.

Tertullianus d. corona Milit. c 4.
Postquam multa recensuisset, quæ
in Ecclesia observantur, & tan- ē
non scripta sunt, inquit: Harum
& aliarum ejusmodi disciplina-
rum si legem ex postules Scriptu-
rarum, nullam invenies. Tra di-
tio tibi præcedetur auctrix, con-
suetudo confirmatrix, & fides
observatrix. Rationem tradici-
oni, consuetudini, fidei patroci-

Concilij Trid: antè Trident.

naturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo, qui perspexerit, disces. His exemplis renuntiatum erit, posse etiā non scriptam traditionem in observatione defendi, confirmatam consuetudine, idoneā teste probatæ tunc traditionis ex perseverantiā observationis. Consuetudo autem etiam in civilibus rebus pro lege suscipitur, cùm deficit lex: nec differt Scriptura an ratione cōsistat, quando & legem ratio commendet.

*Vincētig Lirinēsis l. advers. bæ-
res. ad verba Apostoli. Si quis vo-
bis ēvangelizaverit præterquam
quod accepistis, anathema sit.
Non dixit: Si quis vobis annun-
tiaverit præterquam quod acce-
pistis, benedictus sit, laudetur, re-
cipiat.*

Articulus Primus.

cipiatur: Sed anathema sit, in-
quit, id est, separatus, segregat⁹,
seclusus. Annunciare ergo ali-
quid Christianis Catholicis præ-
ter id quod acceperunt, nunquā
licuit, nusquam licet, nunquam
licebit: & anathemizare eos qui
adnuncient aliquid præterquam
quod semel acceptum est, nun-
quam non oportuit, nunquam
non oportet, nunquam non o-
portebit.

Et in antecedentib: Vnum a-
liquod, & hoc ab Apostolica po-
tissimum Sede sumemus, ut o-
mnes luce clariūs videant, Bea-
torum Apostolorum beata suc-
cessio, quantā vi, quanto studio,
quantā contentione defenderit,
susceptæ semel religionis integri-
tatem. Et recensens novitatem

Concilij Trid. antè Trident.
dogmatis de rebaptizandis hæreticis in Africâ exorti, ait: Tunc beatæ memorie Papa Stephanus Apostolicæ Sedis Antistes, his verbis sanxit: nihil novandum, nisi quod traditum est. Intelligebat vir sanctus & prudens, nihil aliud ratione pietatis admittere, nisi ut omnia, quâ fide à Parentibus suscepta forent, eâdē fide Filiis consignarentur: nosq; religionem non quâ vellemus ducere, sed potius quâ illa duceret, sequi oportere; idque esse proprium Christianæ modestiæ & gravitatis, non sua posteris tradere, sed à majoribus accepta servare.

Idem ibid: de origine differēs:
Dùm Ecclesiasticas traditiones & veterū magisteria contemnēs, quædam Scripturarum capitula novo

Articulus Primus.

novo modo interpretatur, me-
ruit ut de se quoq; Ecclesia D E I
diceret: Si surrexerit in medio
tui Propheta, &c. nō audies ver-
ba Prophetæ illius, quia tentat
vos Dominus Deus vester.

Idē ibid: Mirari satis nequeo
tantam quorundam hominum
vesaniam, tantam exæccatæ men-
tis impietatem, tanā postremò
errandi libidinem, ut contenti
non sint traditâ semel & acceptâ
antiquitus credendi regulâ, sed
nova ac nova in diem quærant,
semperq; aliquid gestiant religi-
oni addere, mutare, detrahere:
quasi nō cælestē dogma sit, quod
semel revelatum esse sufficiat,
sed terrena institutio, quæ aliter
perficiat si assiduâ emendatione,
imò peius reprehensione non
pos-

Conciliū Trid: antè Tridēt.

posset, cùm divina clament ora-
cula, ne trāsferas terminos, quos
posuerunt Patres tui; &, super
judicantem ne judices. Et illud
Apostolicum quo omnes omniū
hæreſeum sceleratæ novitates,
velut quodam spirituali gladio sæ-
pè truncatæ, semperq; truncādæ
sunt: ô Thimothée, depositum
custodi, devitans profanas vocū
novitates & appositiones falsi
nominis scientiæ, quam quidam
promittentes, circa fidē exciderūt.
Devita, inquit, profanas vocum
novitates; non dixit, antiqui-
tates, non dixit vetustates, immò
planè quid è contrario sequere-
tur ostendit. Nam si vitanda
est novitas, tenenda est antiqui-
tas: & si profana est novitas, sa-
cra est vetustas,

Idem

Articulus Primus.

Idem ibid. Hoc semper, neq;
quicquam præterea, hærricorū
novitatibus excitata cōciliorum
suorum decretis, Catholica per-
fecit Ecclesia: nisi ut quod priūs
à Majoribus solâ traditione su-
scepereat, hoc deinde posteris e-
tiam per scripturæ Chirographū
consignaret: magnam rerum
summam paucis litteris compre-
hendendo, & plerumq; propter
intelligentiæ lucem, novum Fi-
dei sensum, novæ appellationis
proprietate signando.

Idem ibid. Si quis, inquit Io-
hannes (2. Joha. 1.) venit ad
vos, & hanc doctrinā non affert.
Quam doctrinam nisi Catholi-
cam, & universalem, & unam e.
andemque per singulas æstatum
successiones incorruptâ veritatis
tradi-

Concilij Trid: antè Tridēt.
traditione manentem, & usq; in
sæcula, sine fine mansuram?

Idem ibid. Catholicorum hoc
ferè proprium est, deposita San-
ctorum Patrum, & commissa ser-
vare, damnare profanas novita-
tes, & sicut dixit & iterum dixit
Apostolus: Si quis annuntiave-
rit, præterquam quod acceptum
est, anathema sic.

Gregorius Magnus lib: 2. Ep. 37.
Quod dicitis, nostris temporibus
debere servari, quæ à meis quo-
que prædecessoribus tradita atq;
custodita sunt: absit hoc à me,
ut statuta Majorum consacerdo-
tibus meis in qualibet Ecelesia
infringam: quia mihi injuriam
facio, si Fratrum meorum jura
perturbo.

*S. Ambrosius innumeris in locis
tradi-*

Articulus Primus.

traditionum meminit, ex quibus
unum ex lib. 3. fid: c. 7. ascribo.
Servemus præcepta Majorum,
nec hereditaria signacula ausi ru-
dis temeritate violemus.

S. Hieronymus dial: cōtra Lucifer: c. 4. Exigis ubi scriptum sic: In Actibus Apostolorū. Etiam si Scripturæ auctoritas non sub-
efferet, totius orbis in hanc partem
consensus instar præcepti obti-
neret: nam & multa alia, quæ
per traditionem in Ecclesijs ob-
servantur, auctoritatē sibi scriptæ
legis usurpaverunt.

Damasus & ceteri Episcopi Ep.
ad Epi, c: Illyr. ap. Nicephor: l. II.
c. 31. Persuasum habemus pro-
fessionem fidei nostræ sanctam,
doctrinā Apostolorum fundatā,
ea compleri, eaq; populo prope-
nere,

Concilij Trid: antē Tridēt.

nere, quæ à Patrum decretis nullo modo dissonant. Neq; enim aliter Dei sacerdotes sapere atq; sentire convenit, à quibus aequū est sapientes erudiri.

S. Augustinus Epist: 86. ad Casulan. In his rebus de quibus nihil certi statuit Scriptura divina, mos Populi Dei, vel instituta Majorū pro lege tenenda sunt.

Idem Epist: 118. c. 1. Illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis vel plenarijs Concilijs, quorū est in Ecclesia saluberrima autoritas, commendata atq; statuta retineri.

Idem ibid: c. 5. Similiter etiam si quid horū totā die per orbem frequentat Ecclesia. Nam hoc quin

Articulus Primus.

quin ita faciendum sit, disputare
insolentissimæ insaniae est.

Idem l. 2. d. baptism: c. 7. Con-
suetudinē non rebaptizandi hæ-
reticos, credo ex Apostolica tra-
ditione venientem: sicut multa
non inveniūtur in literis eorum,
neque in Concilijs posteriorum;
& tamen quia per universam cu-
stodiuntur Ecclesiam, non nisi ab
ipsis tradita & commendata cre-
duntur.

Idem ibid: l. 4. c. 23. Si quisquā
in hac re autoritatem Divinam
quærerit, quanquā quod universa
tenet Ecclesia, nec Concilijs in-
stitutum, sed semper retentū est,
nōnisi autoritate Apostolicā tra-
ditum rectissimè creditur.

Idem lib. 2. advers. Julianum.
Quod (Patres & Doctores Ca-
tholici

Conciliij Trid: antè Trident.

tholici) invenerunt in Ecclesia, ta-
tenuerunt: quod didicerunt, do-
cuerunt: quod à Patribus acce-
perunt, hoc filijs tradiderunt. Sem-
Non dum vobiscum apud istos tes-
judices aliquid agebamus, & a-
pud eos acta est causa nostra. Nec
nos nec vos eis noti fueramus, &
eorum pro nobis latas cōtra vos
sententias recitamus, non dum
ve
vobisum certabamus & eis pro-
nuntiantibus vicimus.

*Imper: Justinianus c. d Summ: fid
Trinit. Cūm recta arque irrepre- plu
hensibilis Fides, quam prædicat scr
sancta Dei Catholica & Aposto- Ecce
lica Ecclesia, nullo modo inno- dit
vationē recipiat: nos sequentes stis
Sanctorum Apostolorum & eo- Epi
rum, qui post eos, in sanctis Delib
Ecclesijs conversati sunt, dogma- Per
ta,*

Articulus Primus.

a, ta, justum fore existimavimus,
o. cunctis manifestum facere, qua-
e. liter de Fide, quæ in nobis est,
u. sentiamus, insistentes & adhæren-
os tes traditioni & confessioni san-
a. ctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ.

ec *Synodus Nicena II. act 7.* Fa-
& temur unanimiter nos Ecclesia-
os sticas traditiones, sive scripto si-
n. ve consuetudine valentes & de-
o. cretas, retinere velle.

S. Damascenus l. 4. Orthodox:
m: fid: c. 17. *Quod Sancti Apostoli*
re. plurima tradidérint sine scripto,
u. scribit Paulus gentiū Apostolus:
Ecce Fratres, state & tenete tra-
ditiones nostras, quas edocisti e-
stis, sive per sermonem sive per
Epistolam nostram. *Et ad Corin-*
thios: Laudo a. vos Fratres, quia
na. per omnia mei memores estis, &
a. sicut

Concilij Trid: antè Trident.
sicut tradidi vobis traditiones re-
netis.

Articulus II.

Sacram Scripturam juxta
sensum Ecclesiæ interpre-
tandam esse.

Verba Concilij.

Item. sacram Scripturam, jux-
ta eum sensum, quem tenuit & te-
net sancta Mater Ecclesia, cuius est
judicare de vero sensu & interpre-
tatione Scripturarū, admitto, ne
eam unquam, nisi juxta unani-
mem consensum Patrum, accipiam
& interpretabor.

ORigenes proæm lib. 1. d. princ. viii
Cùm multi sint, qui se putent
sentire quæ Christi sunt, & non quæ
nulljeorū diversa à prioribus sente-
tiantur.

Articulus Secundus.

tiant, servetur verò Ecclesiastica
prædicatio per successionis or-
dinem ab Apostolis tradita & us-
que ad præsens in Ecclesijs per-
manens: illa sola eredēda est ve-
ritas, quæ in nullo ab Ecclesiasti-
ca discordat traditione.

Idē tract: 29. in Matth. Dicer,
qui seducere voluerit nos, & de-
fendere contraria veritati. Ecce
hic Christus: demonstrans (ver-
bi gratiâ) hunc Evangelij locum.
Alterius autem erroris auctor di-
cet: Ecce hic Christus, offerens
ad Exemplum alterum textum,
qui videtur defendere mendacij
illius verbum quod proposuit
vindicare: & sic ex Lege & Pro-
phetis & Apostolis profert unus
quisque quæ videntur defende-
re mendacium illud utpote ve-

C

rita

Conciliij Trid: antè Trident.

ritatem, vel sic impletur quod
ait: Ecce hic Christus, ecce illic
ostendens non Christum, sed a
liquem fictum ejusdē nominis
ut puta secundūm Marcionis do
ctrinam, & secundūm tradicio
nes Valentini aut Basilidis long
fabulositatem, aut secundūm A
pellis adversus Paulum testimoni
um falsum. Erunt autem
alij plures, qui dicturi sunt disci
pulis ex Divinis Scripturis con
jungentes eis suum propriū ser
uum: Ecce hic Christus &c: Qua
ties autem Canonicas proferunt
Scripturas, in quib⁹ omnis Chri
stianus consentit & credit, viden
tur dicere: Ecce in domibus
verbum est veritatis. Sed nos il
lis non credere debemus, nec e
xire à prima & Ecclesiastica tra
ditio

Articulus Secundus.

ditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successione
Ecclesiæ DEI tradiderunt nobis.

LEO Ep: 42. ad Martian: Au-
gust. Ab Evangelica Apostolica-
que doctrina, nec uno quidem,
verbo licet dissidere, aut aliter
de Scripturis Divinis sapere,
quam Beati Apostoli & Patres
nostri didicere atque docuerunt.

Id. Ep. 43. ad eund. Per ipsum
Dominū nostrum Iesum Chri-
stum obtestor, & obsecro, cle-
mentiam vestram, ut in præsenti
Synodo fidem, quam beati Pa-
tres nostri ab Apostolis sibi tra-
ditam prædicarunt, non patiamini
quasi dubiā retractari, & quæ
olim Majorum sunt autoritatē
damnata, redivivis non permit-
tatis conatibus excitari.

C. 2

Ense-

Conciliij Trid: antē Tridēt.
Eusebius Cæsariens. cōtr. Mar-
cell: Episc: Ancyranum. Ecclesia
à finibus terræ usque ad fines ex
divinis Scripturis testimonia , ex
non scriptā traditione cōfirmat,

Athanasius Episc: ad Epictet:
Hoc solummodò respondere ad
ea sufficit , quod ista nō sint Ca-
tholicæ Ecclesiæ, neq; ista Patres
nostrí senserunt.

Cyprianus lib. 4. Epist: 9. Nec
hoc jacto, sed dolens profero,
cūm te judicem DEI constituas
& Christi, qui dicit ad Apostolos
ac per hoc ad omnes Præpositos
qui Apostolis vicariâ ordinatio-
ne succedunt: Qui vos audi-
me audit ; & qui me audit, au-
dit eum , qui me misit.

Damasus Epist. ad Episc: Illyr.
ap. Niceph: l. II. c. 31. Cavendum
sancti

Articulus Secundus.

sanè ne per eos, qui varias doctrinas comminiscuntur, in lubricū seducamur: ac potiùs quotiescunque illi variantibus consilijs circumferuntur Patrum nostrorum à nobis sententiæ sunt retinendæ.

Rusfinus Eccl. històr: l. 2. c. 9.

Basilius & Nazianzenus, solis divinæ Scripturæ libris operam dabant, earumq; intelligentiā non ex propria præsumptione, sed ex Majorum scriptis & autoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolicâ successione intelligendi regulam suscepisse constabat.

S. Augustinus contr: Crescon: lib: 1. cap. 33. loquens de baptismo hereticorum: Quamvis hujus rei certum de scripturis Canonici non proferatur exemplū, ea-

Concilij Tridi ante Trident: runderem tamen scripturarum, etiam in hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus quod universae jam placuit Ecclesiae; quam ipsarum Scripturarum commendat auctoritas: ut quoniam S. Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit hujus obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate sancta Scriptura demonstrat.

Id. de Bapt: cōtr. Donat: lib. 7: c. 53. Nobis tutum est, in ea non progredi aliquâ temeritate sententiae, quæ nullo in Catholico regionali Concilio cæpta, nullo plenario cōcilio terminata sunt: id autem sic cura securæ vocis asserere, quod in gubernatione Domini DEI nostri & Salvatoris IESU

Articulus Secundus.

J E S U C H r i s t i , u n i v e r s a l i s E c-
c l e s i a e c o n f e n s i o n e r o b o r a t u m e s t .

Idē contr. Julianum Pelagian.
l. 2. c. 1. Oportet ut populi Chri-
stiani (eloquia Sanctorū) vestris
profanis novitatibus anteponāt,
eisque potius eligant adhærere
quām vobis.

*Cyrillus ē Synodus Alexandri-
na Nestorium: Sequentes ubiq;
SS. Patrum Confessiones, quas
fecerunt loquente in eis Spiritu
sancto, & sensuū qui in eis sunt,
investigantes intentionem tan-
quam regalem semitam, ambu-
lantes, dicimus &c.*

*Johannes Episcopus Antiochē-
nus Epist: ad Nestor: Nulli nos
periculo exponimus, si ea senti-
mus & loquimur, quæ Doctores
in Ecclesia Dei celeberrimos sen-*

Conciliū Trid: antē Tridentē.
sī se & docuisse certò novimus.

*Vincentius Lirinensis adversus
heres.* In ipsā Catholicā Eccle-
siā magnoperè curandum est, ut
id teneamus quod ubique, quod
semper, quod ab omnibus cre-
ditum est: hoc est etenim verè
proprièq; Catholicū (quod ipsa
vis nominis ratioq; declarat)
quæ omnia verè universaliter
comprehendit. Sed hoc ita de-
mū sic, si sequamur universita-
tem, antiquitatem, consensionē.
Sequemur autem universitatem
hoc modo, si hanc unam fidem
veram esse fateamur, quam tota
per orbem terrarum confitetur
Ecclesia. Antiquitatem verò ita,
si ab his nullatenus sensibus re-
cedamus, quos sanctos maiores
ac Patres nostros celebrasse ma-
nife-

Articulus Secundus.

nifestum est. Confessionē quo-
que itidem si in ipsa veritate, o-
mnium vel certè penè omnium
Sacerdotum pariter & Magistro-
rum definitiones sententiasque
segetemur.

Idem ibid: Sed dicet aliquis, si
divinis eloquijs diabolus & disci-
puli ejus utuntur, quid facient
Catholici homines? quonam-
modo in Scripturis sacris verita-
tem à falsitate discernerent? Hoc
scilicet facere magnoperè cura-
bunt, quod in principio cōmo-
nitorij istius Sanctos & Doctos
Viros nobis tradidisse, scripsim⁹:
ut divinum canonem secundūm
universalis Ecclesiæ traditiones,
& juxta Catholici dogmatis re-
gulas interpretentur. In qua itē
Catholice Apostolicæq; Eccle-

Concilij Trid: antè Trident.

Siæ lequantur necesse est universitatem, antiquitatē, consensio-
nem. Et si quando pars contra universitatem, novitas contra ve-
tustatem, unius vel paucorum er-
rantium dissensio contra omniū
vel certè multò plurium Catho-
licorum consensionem rebella-
verit, proferant parti corrupta
universitatis integritatē: in quā
eādem universitate, novitatis
profanitati antiquitatis religio-
nem; itemque in ipsa vetustate,
unius si ve paucissimorum tem-
perit, primum omnium genera-
lia, si quæ suæ, universalis Con-
cilij decreta propenāt. Tunc de-
indè si minus est, sequātur quod
proximum est, multorum aequae
magnorum consentiētes sibi sen-
tentias Magistrorum.

Arti-

Articulus Tertius.

Articulus III.

Septem Sacra menta esse.

Verba Concilij.

Pro fitior quoq; septem esse verē
& propriè Sacra menta nouæ legis
à JESV Christo Domino Nostro
instituta, atq; ad salutem humani
generis, licet nō omnia singulis, ne
cessaria: scilicet Baptismum, Con
firmationem, Eucharistiam, Pæni
tentiam, Extremam Unctionem,
Ordinem, Matrimonium. illaque
gratiam conferre. & ex his Bapti
sum, Confirmationem & Ordinem,
sine sacrilegio reiterari non posse.
Receptos quoq; & approbatos Ec
clesia Catholice ritus in supradi
ctorum omnium Sacra mentorum
solemni administratione recipio,
& admitto.

Quia

Concilij Trid: antè Trident:

Q Via Lutherani Baptismum
& Eucharistiam Sacra menta
esse nobiscum credunt, ipsorum
prima capita Lutherus & Melan-
chthon de Pœnitentia idem asse-
runt, iste quidem l. d. captiv: Ba-
bylon: ille verò in loc: cōm: A.
1543. editis. Non opus esse reor
hīc demonstrare, sicut & quod
Baptismus Confirmatio & Ordo
reiterari non possint. Similiter
non opus est singulariter dedu-
cere, quod Sacra menta conferat
gratiam; cùm id de singulis in
subsequentibus, Patres docere
clareat. Transimus igitur ad de-
monstrationem cæterorum.

Punctum Primum.

Demonstratio Sacra menti
Confirmationis.

S. D.

Articulus Tertius.

S. Dionysius Areopagita Eccles.
hier: c. 6. S. Synaxi finitimum.
est alterum Sacramentum, quod
Præceptores nostri ungventi my-
sterium nominat, c. 4. Eundem
cum veste eo digno induit, rur-
sus ducunt ad Hierarcham, is
cum virum ungvento quod ma-
xime divinos efficit, insignivit,
Eucharistiaæ quæ vim maximam
habet perficiæ sanctitatis, par-
ticipem esse pronunciat. *Id: con-*
templatione seq. Divinus Ponti-
fex sacrosanctam unctionem or-
ditur: Sacerdotes autem sub eo
Sacrum perfundendi munus e-
xequuntur cum qui iniciatur ad
Sacra certamina in figura evo-
cantes quib9 sub Christo Athlo-
tetha collocatur. Et post: Ung-
venti autem illa quæ perficiendi

vim

Concilij Trid: antè Tridēt.
vīm habet perfusio, eum qui ini-
ciatus est, levitatem odoris fragrā-
tem facit. Saera enim divini or-
tus perfectio, quæ perfecta sunt
conjugit divino Spiritu. Ad-
ventum verò illum, qui spirituali
vi bono odore afficit & perficit
homines, quoniam nullā oratio-
ne eum consequi possum, ijs in-
telligendum animo & ratione re-
linquo, qui sacra divinaq; divini
Spiritū communione in mente
ac spiritu sunt digni iudicati.

Cyrillus Hierosolymitanus, ex-
plicat illud dictum Psalmi: Im-
pingvasti in oleo caput meum,
de S. Schrifsmate Catech. 4. My-
stagog scribens, Impingvavi
tuum caput in Fronce per signa-
culum D e i, quod habes, ut ex-
primatur in te sigillum sanctifi-
catio-

Artic: III. Punctum I.

cetionis Dei. Item illa verba Ecclesiastæ: & oleum super caput tuum effundatur, ajens: vides quomodo ille etiam mysticum Chrisma in ænigmate denotat.

Origenes homil. 5. in Levitic.
Sic ergo conversis à peccato purificatio quidem per illa omnia datur, quæ superiùs diximus: donum autem gratiæ Spiritus per olei imaginem designatur, ut nō solum purgationem cōsequi possit is, qui convertitur à peccato, sed & Spiritu sancto repleri.

Synodus. Laodicensis can: 48.
Oportet eos, qui illuminantur, post baptismum inungi super cœlesti Christi chrismate, & esse regni cœlestis participes.

Cyrillus Hierosolymitanus. Catech:

Conciliij Trid: ante Trident.
teeb: 3. Mystagog. Quemadmo-
dum panis Eucharistiae, post san-
cti Spiritus invocationem, non
est amplius panis communis, sed
est Christi corpus: sic sanctum
hoc unguentum, non amplius
est unguento nudum, neque
(si quis ita appellare velit) com-
mune, postquam jam consecra-
tum est: Sed est Chrisma, quod
Christi & Spiritus S. id est, divini-
tatis ejus præsentia efficit. Quo
frons & alij sensus corporis cui
symbolicè inunguntur: & corp⁹
quidē isto visibili unguento per-
ungitur, anima verò sancto vi-
vificoque Spiritu sanctificatur.
Ac primū quidem fronti illi-
nitur, ut eum abstergat à vobis
pudorem, quem prius homo
transgressor perpetuò circumse-
rebat:

Artic: III. Punctum I.

rebat: simulque efficiat, ut possitis vultu non velato gloriam Domini intueri.

S. Chrysostomus ad cap: Act: A. post. Quare non acceperūt Spiritum sanctum ij qui baptizarentur? vel fortassis, quia Philippus in hoc Apostolos brevi venturos honorabat, vel quod hoc nō habebat. Erat enim ex septem illis, id quod magis videtur dicendum. Unde meā sententiā, hic Philippus unus ē suprem erat, secundus à Stephano. Ideò & baptizans Spiritum sanctū nondabat. Neque enim facultatem habebat. Hoc enim donum solorum Apostolorum erat. Considera autem, quod illi nō egredi erant: dispensatum autem est, ut ij egrederentur, qui & gratiā post-

Concilij Trid: ante Trident.
postiores erant, propter hoc,
quod non dum acceperant Spi-
ritum sanctum. Nam virtutem
quidem acceperant faciendi si-
gna, non autem dandi alijs Spi-
ritum sanctum. Igitur hoc erat in
Apostolis singulare: unde &
principios & non alios videmus
hoc facere. Similiter loquitur
& *Isidorus Pelusiot. l. Ep: 450.*

*Melchiades Papa ap: Gratiæ
de consecr: D. s. Spiritus sanctus,
qui super aquâ baptismi salutife-
ro descendit illapsu, in fonte ple-
nitudinem tribuit ad innocentia-
m, & in confirmatione augmen-
tum præstat ad gratiam, vide plu-
ra apud eundem.*

*Tertullian d. resurr: carn: c. 8.
Caro abluitur, ut anima emacu-
letur. Caro ungitur, ut anima
conse-*

Artic: III: Punctum I.

consecetur. Caro signatur, ut
& anima muniatur. Caro manus
impositione adumbratur, ut &
anima Spiritu illuminetur.

*Cornelius Papa Epist: ad Fa-
bium Antiochen: apud Eusebium
lib: 6. cap: 43* Novatus ubi exor-
cistarum præsidio spiritu illo ma-
lo esset liberatus, & post in tam
gravem morbum, ut jam ferè mori-
putaretur, incidisset, in lecto, in
quo decumbebat, aquâ circum-
fusus, baptismum accepit, (si mo-
do talem hominem baptismum
accepisse dicendum sit;) verum
morbo tandem elapsus, neq; cæ-
tera, quibus post baptismum se-
cundum Ecclesiæ canonom im-
bui oportuerat, acquisivit; neq;
Domini sigillo ab Episcopo ob-
signatus fuit. Quo quidem neu-
tiquam

Conciliū Trid. antē Trident.

ti quam potitus, quomodo quæso Spiritum sanctū adeptus est?

S. Cyprianus Siv: Autor. de unctione Chrys matis: Hodie in Ecclesiā cum cæteris unctionib⁹ ad populum acquisitionis sanctificandum, in participationem dignitatis & nominis, sacrū Chrismā conficitur, in quo mixtum oleo balsamum Regiæ & Sacerdotalis gloriæ exprimit unitatē, quibus dignitatibus iniciandis, divinit⁹ est unctione instituta: Non hæc medendis corporib⁹ est unctione instituta, quia sanctitatis elementis jam non propria naturā præbet effectum, sed virtus divina potentius operatur, sed adest veritas signo, & Spirit⁹ Sacramento. Ex hujus unctionis beneficio & sapiētia nobis & intellectu.

Artic: III. Punctum 1.

tellectus divinitus datur, consili-
um & fortitudo cœlitus illabi-
tur, scientia & pietas & timor in-
spirationibus supernis infundi-
tur. Hoc oleo uncti, cum spiri-
tualibus nequitijs colluctamur.

Eusebius Papa Epist 3. Manus
impositionis Sacramentum ma-
gnâ veneratione tenendum est,
quod ab alijs perfici non potest,
nisi à Summis Sacerdotibus: Nec
tempore Apostolorum ab alijs,
quam ipsis Apostolis legitur au-
scitur esse peractum: neque ab
alijs, quam ab illis, qui Aposto-
lorum tenent locum, unquam
perfici potest, aut fieri debet.

S. Augustinus lib:2. cōtr litter:
Petilian: cap: 104. In hoc ung-
vento Sacramentum Chrysantis
vult interpretari, quod quidem
in ge-

Conciliū Trid: antē Tridēt.
in genere visibilium signaculorū
sacrosanctum est, sicut ipse Ba-
ptismus.

Conciliū Arausican: l. sub Leo-
ne I. Nullus ministrorum, qui
baptizandi recipit officium, siue
Chrysma te unquam debet pro-
gredi, quia inter nos placuit se-
mel in baptisme chrysma. De-
eo autem, qui in baptisme, qui-
cunque necessitate faciente, non
chrismatus fuerit, in Confirma-
tione Sacerdos commonebitur.

Theodoreetus in Cap: i. Canticis
Si magis etiam mysticè vis intel-
ligere sacri baptismatis mysteriū
recordare, in quo qui initiantur
post Tyranni (Satanæ) abnegā-
tionem, & Regis (Dei vel Chri-
sti) confessionem, veluti signo
ac notā quadam reg. à, spiritalis

ung.

Artic: III. Punctum I.

unguenti chrismate inuncti, sub
eā visibili unguenti specie, invi-
sibilem sanctissimi Spiritus gra-
tiam suscipiunt.

Articuli Tertij,

Punctum Secundum.

Demonstratio Extremæ
unctionis.

Sanct⁹ Ephrām d. vit: spirit: ad
Monach: novit: c. 75. Si charis
tatis officio perfungens, oleo æ-
grotantem iungis, fac oculos,
manus, lingvamq; custodias, ne
ullo temperatiaæ ac modestiaæ
fines transgrediaris.

S. Chyostomus l. 3. de Sacerd.
Sacerdotes non solum cum nos
regenerant, sed postea etiam ha-
bent potestatem condonandi pec-
cata

Concilij Trid. antè Trident.

cata. Infirmatur quis, inquit I
Apostolus, ex nobis? accersat ea
Presbyteros Ecclesiæ, & orét su. su
per eum, ungentes eum oleo in &
nomine Domini, & oratio fidei &
salvabit infirmum.

Cyrillus Alexandrinus d. ado
rat: in spiritu l. 6. Tu vero, si qua
tibi pars corporis dolet, & vero la
credis haec verba, Dominus Saba
oth, & alias hujus modi appella
tiones, quas Deo, qui secundum &
naturam est, Divina Scriptura ac
tribuit, vim habere putas pellen. Sa
di malum illud, pro te ipso pre
ces fundens, haec verba pronun
tia: sic enim rectius quam illi Di
ficies, neque impuris spiritibus inj
sed Deo gloriam tribues. Com
memorabo etenim divinitus in
spiratam Scripturam, quæ ait: Ap

Infin

Artic III. Punctum II.

uit Infirmitur quis in vobis? indu-
rsat eāt Presbyteros Ecclesiæ & orent
t su- super eum, ungentes eum oleo,
o in & oratio fidei salvabit infirmum
fidei & allevabit eum Dominus, & si
in peccato sit, remittentur ei.

ndo. *Origenes Homil. 2. in Leviticus*
qua Est adhuc sepulta, licet dura &
verè laboriosa, per pœnitentiā remis-
sionis peccatorum, cùm lavat pec-
cator in lacrymis stratum suum,
& fiunt ei lacrymæ suæ panes die
ac nocte, & cùm non erubescit
Sacerdoti Domini indicare pec-
catum suum, & querere medi-
cinam, secundum eum qui ait:
Dixi pronuntiabo adversum me
injustitiam meam Domino, & tu
remisisti impietatem cordis mei.
In quo impletur & illud, quod
Apostolus dicit: Si quis autem
infir-

D

infir-

Concilij Trid: antē Tridēt.
infirmatur vocet Presbyteros &c;

Theophilactus in c. 6. Evang:
sec: Marc. Quod unixerint oleo
Apostoli, solus Marcus narrat,
quod & Frater Domini Jacobus
in Catholicâ Epistolâ dicit: In-
firmatur quis inter vos? ad vocet
Presbyteros Ecclesiæ, & orenu-
super illum, ungentes eum oleo.
Est igitur oleum & ad labores o-
cile, & lucis fomentum, & hilari-
tatis effectivum, significatq; co-
sericordiam Dei & gratiam Spi-
ritus, per quam à labore libera-
mur, & lucem ac gaudium hilari-
tatemq; spiritalem accipimus.

Victor Antiochenus ad cap. 6.
Marci. Ungebant oleo multos
ægros. Quod de mystica uncti-
one & olei usu hic subjungitur.
hoc inter Evangelistas solus Mar-

ci

Artic: III. Punctum II.

cus comemorat. Interim quæ Apostolus Jacobus in sua canonicā narrat, ab his non dissentunt. Scribit enim: infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eū, ungentes eum oleo, &c. Oleum autem inter alia, & laborum molestias mitigat, & lumen fovet & hilaritatē conciliat. Oleum igitur, quod in sacra unctione adhibetur, & Dei misericordiam & morbi sanationem, & cordis illuminationem denotat. Dicitamen potest, orationē hæc omnia efficere, oleum autem eorum omnium quæ fiunt, externū tantum symbolum esse.

S. Ambrosius in Missali: Benedictio Olei ad ungendum tam infirmos quam Catechumenos:

D 2.

Deus

Concilij Trid: antè Trident.

DEUS qui studio salutis humanæ
creaturis tuis vim benedictionis
indidisti, ut ad animarū nostra-
rum sanctificatiōis utilitatē, cre-
aturarum etiā corporalium mi-
nisterio nostris salus temporibus
tribueretur, infunde sanctificati-
onem tuam huic oleo, ut ab his
quæ unxerit membra, fogatis in-
sidijs adversariæ potestatis, susce-
ptione præsentis Olei sancti Spi-
ritus gratiâ, salutaris debilitati-
nem expellat, & plenam confe-
rat sospitatem in nomine Domi-
ni Nostri Iesu Christi.

S Hieronymus ad cap. 14. Ose
Sanctum virum & convertum ad
Dominū Olivæ fructiferæ com-
parat, quæ dicit in alio loco:
Ego autem sicut oliva fructifer
in Domō D E I. Cujus fructum

fib

Artic: III. Punctum II.

fibi quinque sapientes Virgines paraverunt, ex quo vulnerū mitigatur tumor, langventis membra requiescunt, in tenebris lumen accenditur, unguntur in agone certantes.

S. Augustinus vel Autor Tract: de rectit: Cathol: Conversationis: Quoties aliqua infirmitas occurserit alicui, qui ægrotat, in sola Dei misericordia cōfidat, & Eucharistiam cum fide & devotione accipiat, Oculumque benedictum fideliter ab Ecclesia petat; undē corpus suum ungatur & secundūm Apostolum, oratio fidei salvabit infirmum, & allevabit eum Dominus; non solum corporis, sed & animæ salutem accipiet.

Idem lib: 2. d. visit: infirm: c. 4.

D 3

Nec

Conciliū Trid. antē Trident.

Nec prætermittendum est illud
Apostoli Jacobi præceptum: In-
firmatur quis in vobis, inducat
Presbyteros Ecclesiæ, ut orent su-
per eum, ungētes eum Oleo san-
cto. in nomine I e s u, & oratio
fidei salvabit infirmum. Ergo sic
roges de te, & pro te fieri, sicut
dixit Apostolus Jacobus, immo
per Apostolum Dominus: ipsa
videlicet Olei sacrati delibutio,
intelligitur Spiritus sancti typi-
calis unctionis.

Innocentius I. Ep. ad Decenni-
cap: 8. Adiicit etiā filius meus
Cælestinus Diaconus in Epistolâ
suâ, esse à tuâ dilectione positum
illud, quod in beati Apostoli Ja-
cobi Epistolâ conscriptum est:
Si infirmitas aliqua in vobis est,
vocet Presbyteros, & orent super
eum;

Artic. III. Punctum II.

cum, ungentes eum oleo in no-
mine Domini, & oratio fidei sal-
vabit laborantem & suscitabit il-
lum Dominus, & si peccata fecit,
remittet ei. Quod non est du-
bium de fidelibus ægrotantibus
accipi vel intelligi debere, quod
sancto oleo Chrismatis perungi
possunt, quo ab Episcopo conse-
cto, non solum Sacerdotibus, sed
omnibus uti Christianis licet in
sua aut suorum necessitate inun-
gendo. Cæterum illud super-
fluum videmus adjectum, ut de
Episcopo ambigatur, quod Pre-
sbyteris licere dubium non est.
Nam idcirco de Presbyteris di-
ctum est, quia Episcopi occupa-
tionibus alijs impediti ad omnes
langvidos ire non possunt, Eu-
paulò post: Pœnitentibus istud

Concilij Trid: antè Trident.
infundi non potest, quia genus
est Sacramenti. Nam quibus re-
liqua Sacra menta negantur, quo-
modo unum genus putatur pos-
se concedi?

*Beda in caput vi. Marci ad ea
verba: Dæmonia multa ejcie-
bant, & ungebant oleo multos
ægroros: Dicit Apostolus Jaco-
bus, infirmatur quis in vobis?
inducat Presbyteros Ecclesiæ, &
orent super ipsum, ungētes eum
oleo, &c. Undè patet, ab ipsis A-
postolis hunc sanctum Ecclesiæ
morem esse traditum, ut ener-
gumeni, vel alij quilibet ægroti
ungantur oleo, pontificali bene-
ctione consecrato.*

*Bernardus vitâ sancti Mala-
chiæ Episcopi. Habitabat vir no-
bilis in vicinia Benchonensis mo-
nasteri-*

Artic: III. Punctum II.

nasterij, cuius uxor cùm infirma-
retur ad mortem, rogatus Mala-
chias ut descenderet priusquam
moreretur, infirmum uneturus
Oleo: descendit & intravit ad
eam. Quo viso exultat illa, spe
animata salutis. Et cùm pararet
ungere eam, visum est omnibus
diferendum potius usq; manè.
Erat enim vespera. Ac quievit
Malachias, & datâ benedictio ne
super ægram, exivit cum his qui
secum erant. At verò post mo-
dicum subito clamor factus est,
planctus & strepitus multus per
totam domum siquidē insonuit
quod mortua esset. Accurrit Ma-
lachias tumultu auditō, & secuti
sunt eum discipuli ejus. Et acce-
dens ad lectum, ut certò compe-
rit exspirasse, consternatus est a-

D 5

nimo

Concilij Trid. antē Trident.
nimo, tibi imputans, quod frau-
data gratiā Sacramēti obierit. Et
elevatis in cœlum manibus, ob-
secro Domine, inquit, insipien-
ter egi, ego peccavi, qui distuli,
non ista, quæ voluit. Hæc dicēs
contestatus est in audientia o-
mniū, nullam se recepturum
consolationem, nullam daturum
requiem spiritui suo, nisi quam
tulerat, liceret restituere gratiā.
Et stans super eam, totā nocte
laborabat in gemitu suo, & pro
oleo sancto, largo imbre lachry-
marum perfundēs mortuam, vi-
cem illi unctionis, quam poterat
exhibebat. Ipse quidem sic. Ad
suos autem, vigilat, inquit, &
orate. Itaq; in Psalmis illi, ille
in lachrymis, noctem duxerunt
pervigilem. Et manè facto, ex-
audi-

Artic: II. Punctum II.

audivit Dominus sanctum suum,
aperuit oculos quæ fuerat mor-
tua; & ut solent qui de gravi so-
mno evigilant, fricans sibi mani-
bus frontem & tempora, super-
lectum se erigit, & agnito Mala-
chiâ, inclinans devotè salutat eū.
Sed & Malachias gratias agens
benedixit Dominū, & unxit eam,
nihilominus sciens in hoc Sacra-
mento remitti peccata, & quod
cratio fidei salvet infirmum.

*Concilium Florentinum doctr:
d. Sacrament. Quintum Sacra-
mentum est Extrema unctio, cu-
jus materia est oleum olivæ per
Episcopum benedictū. Hoc Sa-
cramentum, nisi infirmo de cuj^o
morte timetur, dari non debet,
qui in his locis ungendus est: in
oculis propter visum, in auribus*

pro

Concilij Trid: antē Trident.
propter auditum, in narib⁹ pro-
pter odoratum, in ore propter
gustum vel locutionem, in ma-
nibus propter tactum, in pedib⁹
propter gressum, in renibus pro-
pter delectationem ibi vigente.
Forma hujus Sacramenti est: per
istam unctionem & suam piissi-
mam misericordiam indulgeat
tibi Dominus, quidquid pecca-
sti per visum, &c. De hoc Sa-
cramento inquit beatus Apos-
tus, infirmatur quis in vobis &c.

Articuli Tertij,
Punctum Tertium.

Demonstratio Ordinis.

Gregorius Nazianzenus, Orati-
one in laudē S. Athanasij, que
est Oratio 31. Sic porrò educat⁹
& insti-

Artic: III. Punctum III.

& institutus, ut nunc quoq; eos
oporteret qui plebis antistites fu-
turi, magnumq; Christi Corpus
tractaturi sunt, secundum mag-
num Dei consilium ac præsci-
entiam, in magnum hunc Cleri-
corum ordinem cooptatur, atq;
in eorum, qui appropinquant
Deo appropinquant, numerum
ascribitur, ac sacrosanctæ statio-
nis & ordinis honore afficitur,
cunctisque Ecclesiasticorum gra-
duum muneribus deinceps per-
functus, Alexadrino populo per-
ficitur.

*Gregorius Nyssenus Orat: de S.
Baptism.* Eadem etiam verbi vis
Sacerdotem Augustum & vene-
randum facit, novitate benedi-
ctionis à communitate vulgi se-
gregatum. Cùm enim heri ac
tempo-

Conciliij Trid: antē Trident.
tempore superiori unus ē multi-
tudine ac plebe esset, repente
redditur Præceptor, Præses, Do-
ctor pietatis, m̄ysteriorū laten-
tium Præsul, eaq;ue contingunt
ei, cūm nihil vel corpore vel for-
mā mutatus, sed quod ad sp̄ciē
externā attinet, ille sit qui erat,
invisibili quadam vi ac gratiā in-
visibilem animā in melius trans-
formatam gerens.

Chrysostomus l. 3. d. Sacerdot.
Sacerdotium ipsum in terra qui-
dem peragitur, sed in rerum cœ-
lestium classem ordinem q; refe-
rendum est. Atque id perquam
meritò. Quippe non mortalis
quispiam, non Angelus, nō Ar-
changclus, non alia quævis crea-
ta potentia, sed ipse Paracletus e-
jusmodi ordinem disposuit, &c.

Tum

Artic. III. Punctum III.

Tùm probè intelliget quāto Sa-
cerdotes honore, quantā digni-
tate, quantā Spiritūs sancti gra-
tiā dignata fuerit.

*Theodoreetus ad c. 5. Ep. 1. ad
Timot.* Manus citò nemini im-
posueris; oportet enim priùs ex-
aminare vitam ejus qui ordina-
tur, deinde in ipsum invocare
gratiam Spiritūs S.

Theophylactus in cap. 19. Luce.
Omnis cuicunq; concredita est
præsidentia, etiā si indignus fue-
rit, donum habet ex unctione
suā, id quod magnum divinæ mi-
sericordiæ Sacramentum est.

Conciliū Chalcedonense Can. 2.
Si quis Episcopus propter pecu-
nias ordinationem fecerit, & nō
venalem gratiam, in venditionē
deduxerit, & propter pecuniam
ordi-

Concilij Trid: ante Trident.
ordinaverit Epissopū vel Chor.
episcopum vel Presbyterum &c.
qui hæc tentasse convictus fue-
rit, de proprio gradu in pericu-
lum veniat.

Tertullianus exhort: ad Castit.
cap: 7. Differentiam inter Or-
dinem & plebem constituit Ec-
clesiæ autoritas, & honor per or-
dinis concessum sanctificatus à
DEO.

Cyprianus vel autor apud ipsum
de ablutione pedum, ordinationem
Sacramentum vocat, & cum Ba-
ptismo confert. Docemur, quæ
sic Baptismi & aliorū Sacramen-
torum stabilitas. Nam Baptismū
repeti Ecclesiastice prohibet Re-
gulæ, & semel sanctificatis nulla
deinceps manus iterum conse-
crans præsumit accedere: nemo

sacer

Artic: III. Punctū III.

or. facros Ordines semel datos iterū
xc, renovat: nemo sacro Oleo lita,
ue. iterū linit aut consecrat: nemo
cu. impositioni manuum vel mini-
sterio derogat Sacerdotum.

*Ambrosius de dignitate Sacer-
dot. cap 5: Quis dat frater Epi-
scopalem gratiam? Deus an-
homo? Respondes sine dubio,
Deus. Sed tamen per hominē
dat Deus. Homo imponit ma-
nus, Deus largitur gratiam. Sa-
cerdos imponit supplicem dex-
teram, & Deus benedicit poten-
ti dexterā. Episcopus initiat or-
dinem., & Deus tribuit beni-
gnitatem.*

*S Augustinus lib. quest: vet: ac
nov Testam: q. 93. Quod insuf-
flasse in discipulos Dominus le-
gitur post dies paucos resurrecti-*

onis

Concilij Trid: antē Trident.

onis suæ, & dixisse: Accipite Spi-
ritum sanctū, Ecclesiastica poter-
itas collata intelligitur esse. Quia
enim omnia in traditione Do-
minicā per Spiritum S, aguntur,
idcirco cùm regula eis & forma
traditur hujus disciplinæ, dicitur
eis: Accipite Spiritum sanctum.
Et quia verè ad jus Ecclesiasticū
pertinet, statim subjecit, dicens:
cujus tenueritis peccata, tene-
buntur: & cujus remiseritis, re-
mittentur ei. Inspiratio ergo
hæc, gratia quædam est, quæ per
traditionē infunditur ordinatis,
per quam commendatores ha-
beantur. Unde Apostolus dicit
ad Timotheum: noli negligere
gratiam, quæ in te est, quæ data
est tibi per impositionem ma-
nuum Presbyteri. Semel ergo
fieri

Artie: III. Punctū III.

fieri oportuit, ut de cætero tra-
ditio ista non sine dono Spiritus
sancti esse crederetur.

Idem de bon. Conjugali cap. 24.
Quemadmodum si fiat ordina-
tio Cleri ad plebem congregan-
dam, etiam si plebis congregatio
non subsequatur, manet tamen
in illis ordinatis Sacramentum
ordinationis: & si aliqua culpa
quisquā ab officio removeatur,
Sacramento Domini semel im-
posito non carebit, quamvis ad
judicium permanente.

Idem lib: 2. contr. Epist: Par-
meniani c. 13. Illud quod quidā
eorum veritate convicti dicere
cōperunt, Baptismum quidem
non amittit qui recedit ab Eccle-
siā, sed jus tamen dandi amittit;
multis modis apparet frustra &
inanis

Conciliij Trid: antè Trident.
inaniter dici, Primò, quia nulla
ostenditur causa, cur ille qui ipsū
baptismum amittere non potest,
jus dādi amittere possit. Utrum
que enim Sacramentum est, &
quādam consecratione utrumq;
homini datur, illud cùm bapti-
zatur, istud cùm ordinatur: ideo
que in Catholicā utrumque non
licet iterari.

LEO Mag. Epist: 87. c. 1. Uni-
cuique nostrum dicitur, Manus
citò nemini imposueris, neque
comunicaveris peccatis alienis.
Quid est citò manus imponere,
nisi antè aetatem maturitatis, an-
tè tempus examinis, antè meri-
tum laboris, antè experientiam
disciplinæ, Sacerdotalem hono-
rem tribuere non probatis? Eu-
quid est communicare peccatis
alie-

Artic: III. Punctū III.

alienis, nisi talem effici ordinan-
tem, qualis ille est, qui non me-
ruit ordinari? &c. quis ergo dis-
simulare audeat, quod in tanti
Sacramenti perpetratur injuriā?

*Gregorius Mag: ad cap: 10. lib:
1. Reg.* Tulit Samuel lenticulam
olei: Hoc profectò hāc unctione
exprimitur, quod in sanctā Ec-
clesiā nunc etiam materialiter ex-
hibetur: quia qui in culmine po-
nitur, Sacramenta suscipit unctionis.
Quia verò ipsa unctionis Sacra-
mentum est, is qui promove-
tur, bene foris ungitur, si intus
virtute Sacramenti roboretur. &
in illa verba; immutavit ei Deus
cor aliud: Samuel Saul in Prin-
cipem uoxit, Deus autem ei cor
aliud immutavit: quia sacrorum
ordinum Sacramenta ab Eccle-

siæ Do-

*Conciliij Trid: antē Trident.
siæ Doctoribus foris accipimus,
sed Sacramentorum virtute ab
omnipotente D E O interiùs ro-
boramur. Virtus verò Sacra-
menti gratia est Spiritus septi-
formis.*

*Concilium Florentinum doctr:
de Sacram. Sextum Sacramen-
tum est ordinis.*

*Articuli Tertiij,
Punctum Quartum.
Matrimonij demonstratio.*

*J Renaeus lib: 1. c 1. Quapropter
J & omni modo oportere eos
Zyzygiæ (id est conjugij) me-
ditari mysterium.*

*Clemens Alexandrinus lib: 3.
stromat: Si peccatum est matri-
moni-*

Artic: III. Punctum IV.

monium, quod est ex lege, ne-
seio quomodo quis dicet, se D E-
V M nosse, dicens D E I jussum-
esse peccatum. Quod si lex san-
cta est, sanctum est Matrimoniū.
Sacramentum ergo hoc ad Chri-
stum, & Ecclesiam dicit Apo-
stolus.

*Amphilochius homil: in Purifi-
cat Deigenitr. Nuptiæ honora-
tæ sunt, & quovis terrestri dono
superiores, fæcundæ arboris si-
militudinē præ se ferentes. Est e-
nīm conjugium ipsum tanquam
planta quædā pulcherrima. &c.*

*Chrysostomus in c. 5. ad Ephes.
homil. 20. Revera est mysterium
& magnum mysterium, eo, qui
genuit, qui educavit; eā, quæ
concepit, quæ cum dolore pe-
perit & afflictione, qui tot ac tan-*

tis af-

Concilij Trid. antè Trident.
tis affecerūt beneficijs, cum qui-
bus diuturnus fuit usus & cōsve-
tudo, relictis, ei adhærere, qua-
ne visa quidem fuit, & cum eo
nihil habuit commune, & eam
omnib⁹ præferre reverā est my-
sterium, &c. Reverā magnum
est mysteriū, & ineffabilē quan-
dam habens sapientiam. Hoc
multis retro actis secolis prophe-
cans dicit, in Christo & Ecclesia.

Tertullianus lib. 2. ad uxor: c. 9.
Unde sufficiam ad enarrandam
felicitatē ejus matrimonij, quod
Ecclesia conciliat, & confirmat
oblatio & ob signatura angeli re-
nuntiant. Pater rato habet?

Idem advers. Valentini: c. 30.
Nam & honorandorum conju-
giorum supernorum gratia dici-
tur apud illos medicandum atq;
cele-

Artic: III. Punctū IV.

celebrandum semper Sacramen-
tum comiti, hoc est, fœminæ ad-
hærendo.

S. Ambrosius l. 6. in Luc. 8. c.
Nec putet alius offendiculum
esse pietatis, ubi mandatum legis
impletur. Si enim relinquet ho-
mo patrem & matrem, & adhæ-
rebit uxori suæ, & erunt duo in
carne unâ, rectè Sacramentum
hoc in Christo servatur & in Ec-
clesiâ. *Idem ad c 5 Ephes.* My-
sterij Sacramentum grande, in
unitate viri & fœminæ esse signi-
ficat. Nec hoc prodit sed aliam
causam, quæ nō discordet à me-
morato mysterio, flagitat, quam
scit ad profectum humani gene-
ris pertinere, hoc est, Ecclesiæ &
Salvatoris, ut sicut relictis paren-
tibus homo uxori suæ adhæret,

E

ita &

Conciliū Trid: antē Trident.

ita & relicto omni errore, Ecclesiæ adhæreat, & subiiciatur capiti suo, quod est Christus.

Idem Epist: 70. Cūm coniugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest conjugiū dici, ubi non est fidei concordia?

S. Augustinus de nupt: & concupisc. l. 1. c. 10. Quoniam sane non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est; nec tantum pudicitia cuius vinculū est fides verum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelib⁹ conjugatis: unde dicit Apostolus: Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: hujus procul dubio Sacramenti res est, ut mas & foemina connubio copulati,

quam

Artic: III: Punctum IV.

quām diu vivunt, inseparabiliter perseverent, nec liceat, exceptā causā formicationis, à conjugē conjugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesiā, ut vivens cum vivente in æternū nullo divortio separetur. Cujuſ Sacramenti tanta observatio est in civitate Dei nostri in monte sancto ejus, hoc est, in Ecclesiā Christi, quibusque fidelibus conjugatis &c: *vide eundē cap. 21.* ubi similiter loquitur, & matrimonium Sacramentū con-nubij nominat.

Idem de Fide & operib. c. 7.
In Ecclesiā nuptiarū non solum vinculum, verū etiam Sacramentum ita commendatur, ut non liceat viro uxorem alteri tradere.

Idem de bon. coniugal: cap: 7.

Concilij Trid. antē Trident.
Usque adeò illud fœdus initum
nuptiale cuiusdā Sacramenti res
est, ut nec ipsā separatione irri-
tum fiat. Vide eundem c. 24. &
de Genes ad litter. lib. 9. c. 7. in
quibus utrisq; locis quoq; con-
jugium Sacramentum esse dicit.

Fevardentius in notis ad Ire-
næi cap. 22. libri 1. scribit: Ter-
tullianus lib. 5. contr. Marcionem
sect: 38. quinquies vocat nuptias
Sacramentum, ut Augustin: l. 1.
de nuptijs & concupiscēt: sexies:
& lib: unico de bono conjugali con-
tra Jovinianum, decies.

Articulus IV.

Ecclesiæ Catholicæ ritus in
administratione Sacramen-
torum receptos esse recipiēdos.

Verba

Articulus Quartus.

Verba Conciliij.

*Receptos quoque & approbatos
Ecclesiae Catholice ritus, in supra-
dictorum omniū Sacramentorum
solemni administratione recipio,
& admitto.*

Qvia nimis longum foret o-
mnes & singulos ritus tam
prolixè probare, uno aut altero
Sanctorum Patrum testimonio,
præcipuos tantum roborabimus.

Signum Crucis.

*S. Augustinus Tract. 118. in Jo-
annem. Signum Crucis nisi ad-
hibetur, sive frontibus creden-
tium, sive ipsi aquæ quâ regene-
rantur, sive oleo quo Chrismate
unguntur, sive Sacrificio quo a-
luntur, nihil eorū ritè perficitur.*

*S. Ambrosius lib. de his qui i-
nitiani-*

Concilij Trid. antè Trident: nitiantur myster: cap. 3. Aqua enim sine prædicatione Domini: crucis ad nullos usus futura salutis est. Cùm verò salutaris fuerit crucis mysterio, consecrata, tunc ad usum spiritualis lavaci & salutaris poculi temperatur.

Martialis Ep ad Burdegalens. Hoc solo signo cœlestis victoria data est nobis, & per crucem baptisma Dei sanctificatum est.

Benedictio aquæ baptismatis.

Basilius Mag. lib: de Spiritu S. cap: 27. Consecramus aquā baptismatis & Oleum unctionis, præterea ipsum qui baptizatur ex quibus scriptis & nonne à tacitâ secretaq; traditione: ipsam verò olei unctionē, quæ doctrina scripto docuit? nonne ex arca na hac traditione: Cypri-

Articulus Quartus.

Cyprianus l. 1. Ep: 12. Oportet ergo mundari & sanctificari. A quam prius à Sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, ablueret: quia per Ezechiem prophetam Dominus dicit: *Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditijs vestris.* *Vide S. Chrysostomum in Psal: 22, S. Ambrosium de Spir: S. lib: I, c 7. S. Augustin: contr. Donatist: lib. 6. c. 25.*

Olei & Chrismatis usus.

Clemens Romanus Ep: 3. Baptizetur unusquisque in aquis perennibus nomine trinæ beatitudinis invocato super se, perunctus primum oleo per orationem sanctificato, ut ita demum per

Concilij Trid: antè Tridēt.
hæc consecratus possit percipere
locum cum Sanctis. *Vide eundē*
Apostolic. Constit. l. 3. c. 16. & 17.

Justinus quest. 137. Oleo in-
ungimus, ut Christi uncti^q; sia-
mus: unguento autem ad recor-
dationem ejus, qui ungventi un-
ctionem sepulturam tuam esse
reputavit.

Cyprianus lib: 1. Ep: 12. Ungi
quoque necesse est eum, qui ba-
ptizatus sic, ut accepto christina-
te, id est, unctione, esse unctus
D E I, & habere in se Christi gra-
tiam possit. Porro autem Eucha-
ristia, & undē baptizati ungun-
tur oleum, in altari sanctificatur.
Sanctificare autem non potuit o-
lei creaturam, qui nec altare ha-
buit, nec Ecclesiam: undē nec
unctionis spiritualis apud hæreticos
potest

Articulus Quartus.

potest esse, quando constet oleum
sanctificari, & Eucharistiam fieri,
apud illos omnino non posse.]
Vide S. Hieronymū cap. 4. contra
Luciferian: & S. Augustin. lib. 15.
de Trinit: c. 26. Item Leonem M.
Serm: 4. de Nativit Christi c. 5.
& Fabian: Pp. Epist. 2. ad omnes
Orientis Episcopos.

Aurium & narium & pe- ctoris inunctio.

Cyrillus Hierosolymit: catech. 3.
Mystagog. Deinde aures inun-
guntur, ut ad audiendum divina
mysteria aures accipiatis. De
quibus dicebat Esaias: Et addi-
dit mihi Dominus aures ad au-
diendum. Et Dominus in Evan-
gelio: Qui habet aures audiendi
audiat. Postea naras, ut divinum
E 5 recipi-

Concilij Trid: antè Trident.
recipientes unguentum, dicatis:
Christi gratus odore est D e o, in
his qui salvantur. Tum verò &
peccatus inungitur, ut induiti tho-
racem justitiae, fortiter adversus
diaboli insultus consistat.

*Cereorum & luminum
usus.*

S Ambrosi de Mysterijs Pasch.
cap. 5. Hinc casti Patres, pudica
etiam matres novellam per fidem
stirpem prosequuntur innume-
ram: hinc sub fidei arbore ab u-
tero fontis innocui cereorum
splendet ornatus.

Gregorius Nazianzen Orat 40.
in S. Baptisma. Lampades quas
accendis (in baptismo) illius lu-
minum gestacionis figuram ge-
runt, cum quâ splendidae & vir-
gines

Articulus Quartus.

gines animæ splēdidis fidei lampadibus Christo sponso obviam prodibimus, nec per ignaviam & socordiā dormientes, ne inscientibus nobis, is, cuius adventus expectatur, inopinatō adsit, nec alimento & oleo, bonisque operibus carentes. ne à nuptiali cubiculo excludamur.

Renunciatio Diabolo facienda.

Cyrillus Hierosolymitanus Ca-
tech: i. *Mystagog.* Quid igitur unusquisque vestrūm stans dicebat? Renuntio tibi Satana.

Dionysius Eccl. bierarch: c. 4.
Deinde cùm illum occidentem
versus attendentem, manusque
porrigentem ad eandem regionē
pertinētes, collocavit; cum eum
iubet

Concilij Trid. ante Trident.
jubet certiō Satanam. ut ita dicā
in sufflare: & præterea quæ de-
fectionis & abrenūciationis suæ
profiteri: eiōque ter abrenūciati-
onis solennibus verbis propo-
sitis, ipsum orientem transfert.

Tertullianus de cor. milit. c. 3.
agens de traditionibus: Deniq;
ut à baptisme ingrediar, aquam
adituri ibidem, sed & aliquantò
priùs in Ecclesia sub manu con-
testamur nos renunciare diabo-
lo & pompe & Angelis ejus.

Basilus lib. de Spiritu S. c 27.
Reliqua item, quæ fiunt in bapti-
smo, velut renunciatio Satanæ
& Angelis ejus, ex quâ scripturâ
habemus? nonne ex privatâ &
arcanâ hâc traditione? nonne ex
doctrinâ, quam Patres nostri in
silentio, quod curiosos & otio-
sos submovet, servârunt.

Articulus Quartus.

S Hieronym: ad c. 6. Amos. In
mysterijs primū n renuntiamus
ei, qui in occidente est, nobis-
que moritur cum peccatis, & sic
versi ad orientem pactum inim⁹
cum Sole justitiae, & ei nos ser-
vituros esse promittimus. Vide
quoq; S. Augustinū l. 2. de Symbol:
cap. 1. & S: Ambrosium lib: de his,
qui mysterijs initiantur, &c.

Exorcismus.

S. Chrysostomus homil: d. Ad.
& Ev. Illud etiam, quod circa
baptizandos in universo mundo
sancta Ecclesia sive sint parvuli,
sive juvenes, uniformiter agit,
non otioso contemplemur in-
tuitu. Quod cūm ad regenera-
tionis veniunt Sacramentū, non
priūs fontem vitæ ingrediuntur,
quām

Conciliij Trid: ante Tridēt.
quām Exorcismis & exsufflationi-
bus Clericorum Spiritus ab ijs
immundus abigatur, & deinde
vasa ejus eripiantur in posses-
sionem translata illius victoris, qui
captivam duxit captivitatem, &
dona dedit hominibus.

*Cyrillus Hierosolym: Catech: 2.
Mystagog.* Ut insufflationes San-
ctorum & nominis DEI invo-
catio, tanquam vehementissima
quædam flamma urit, Dæmo-
nes & in fugam convertit: sic &
exorcisatum oleum, per oratio-
nem DEIq; invocationē, tantam
virtutem consequitur, ut non
modò ardentia peccatorum ve-
stigia expurget; verùm etiam o-
mnes invisibles dæmones re-
pellat.

*Optatus Millævitanus l. 4 con-
tra Do-*

Articulus Quartus.

tra Donatist. Neminem fugit,
quod omnis homo qui nascitur,
quamvis de Christianis parentib⁹
nascatur, sine spiritu mundi esse
non possit, quem necesse sit ante
salutare lavacrum ab homine ex-
cludi & separari. Hoc exorcis-
tus operatur per quem spiritus
immundus depellitur, & in loca
deserta fogatur.

*S. Augustinus l. 1 de nupt: &
concupisc: c. 20.* In veritate non
in falsitate potestas diabolica e-
xorcizatur in parvulis, sique re-
nunciant, quia per sua non pos-
sunt, per corda & ora gestantiū,
ut eruti à potestate tenebrarum,
in regnum sui Domini transfe-
rantur. *Idem l. 2. c. 29.* Neque
enim ex quo cæpit Manichæi pe-
stilentiosa doctrina, ex illo cæ-
perant

Concilij Trid. antè Trident.

perant in Ecclesia D^{ei}, parvuli
baptizandi exorcizari & exuffla-
ri, ut ipsis mysterijs ostenderetur
non eos in regnum Christi, nisi
erutos à tenebrarum potestate
transferri. Hos (Patres) iste au-
deat dicere Manichæos & anti-
quissimam Ecclesiæ traditionem
isto nefario criminè aspergatu-
quā exorcizantur, & ut dixi, ex-
sufflantur parvuli, ut in regnum
Christi, à potestate tenebrarum,
hoc est diaboli & Angelorū ejus
eruti, transferantur.

Salis usus.

Origenes homil 6. in Ezechiel.
Grande opus est insaliri. Qui sa-
le cōditur gratiā plenus est. Nam
& in communi proverbio salsus
dicitur gratosus, & è contrario
insul.

Articulus Quartus.

insulsus, qui nō habet gratiā. &c.
Oportet ergo eum qui renasci-
tur, utique in Christo renascen-
tem rationabile & sincerum lac
desiderare: & priusquam ratio-
nable & sine dolo lac desideret,
debet sale saliri & pannorum in-
volucris colligari, ne dicatur ad
eum, sale non est salitus, & pan-
nis non est involutus.

S. Augustinus l. 1. Confess. c. 11.
Audieram adhuc puer de vitâ æ-
ternâ nobis promissâ per humili-
tatem Domini D E I nostri, de-
scendentis ad superbiam nostrâ,
& signabar jam signo Crucis, &
condiebar ejus sale jam inde ab
utero matris meæ.

*Gregorius Mag lib. Sacrament:
de ordine ad Catechumenum faci-
endum: Indè verò benedicit sal
hoc mo-*

Concilij Trid: antè Trident:
hoc modo: Exorcizo te creatu-
ra Salis in nomine DEI Patris O-
mnipotentis, & in charitate Do-
mini nostri IESU Christi, & in
virtute Spiritus sancti. Exorci-
so te per DEUM vivum, & per
DEUM verum, qui te ad tutelam
humani generis procreavit, & po-
pulo venienti ad credulitatem
per servos suos consecrari prece-
pit, ut in nomine SS. Trinitatis
efficiare salutare Sacramentum,
ad effugandum inimicum, &c.
postea interrogat nomina eorum,
& ponit de ipso sale in os ipsorum,
& dicit: Accipe salem sapientiae
in vitam aeternam.

Illinitio aurium & narium
cum sputo.

S. Ambrosius lib. i de Sacram:
cap*i*

Articulus Quartus.

cap: 1. Ergo quid egimus Sab-
batho: nempe apertione. Quæ
mysteria celebrata sunt apertio-
nis, quando tibi aures tetigit Sa-
cerdos & nares? Quod signifi-
cat in Evangelio Dominus No-
ster Iesus Christus, cum ei obla-
tos esset surdos & mutus, & teti-
git aures ejus & os ejus. Aures,
quia surdus erat, os quia mutus.
Et ait *Epheta*, quod Hebraicum
verbum est, & latinè dicitur *ad-*
aperire. Ideò ergo tibi Sacerdos
aures tetigit, ut aperiantur aures
tuæ ad sermonem, & ad eloquium
Sacerdotis nares, ut bonum odo-
rem accipias pietatis aeternæ, &
sit in te fidei devotionisq; plena
fragantia. *Idem dicit lib: de his*,
qui mysteria initiantur. cap 1.

Gregorius Mag l. Sacram: ad
cate-

Conciliū Trid: antē Trident.
catechiz: infant. Deinde verō us
tangat & nares, & aures (cū di-
gito) de sputo, & dicat ad aurem Et
dextram *Ephetae*, quod est adape-
rire: ad nares, in odorem fvari-
tatis.

Sacrae vestes.

Anacletus Epist: 1 In solen-
nioribus diebus aut septem, aut
quinque, aut tres Diaconos, qui
Episcopi oculi dicuntur, & Sub-
diaconos atq; reliquos ministros
secum habeat, qui sacris induiti
vestimentis, in fronte & à tergo
& Presbyteri è regione dextra
lævaq; contrito corde, & humili-
ato spiritu, & prono stent vultu.

*S. Hieronymus ad c. 44. Eze-
chiel.* Per quæ discimus, non
quotidianis & quibuslibet pro
usu

Articulus Quartus.

verò usū vitæ communis pollutis ve-
di stibus nos ingredi debere in San-
rem Etia Sanctorum, sed mundâ con-
scientiâ, & mundis vestibus tene-
re Domini Sacra menta. Vestib⁹
lineis utuncur Ægyptij Sacerdo-
tes, non solùm intrinsecus, sed &
extrinsecus. Porrò religio divi-
na alterum habitū habet in mi-
nisterio, alterum in usu vitaque
communi.

*S. Augustin: quest: 10. & Nov:
Testam: quest: 46.* Sed hinc, in-
quiunt, videtur Sacerdos fuisse
Samuel, quia vesti⁹ erat *Ephod*,
quasi non hodiè Diaconi dalmati-
cicis induantur, sicut Episcopi.

Tburis vel incensi usus.

*S. Chrysostomus in sua Litur-
gia: oratio Thy mi amatis. Thy-
miamata*

Conciliij Trid: antè Tridēt.
miam a offerimus in conspectu
tuo Domine Deus noster in odo-
rem benevolentiae spiritualis.

*Dionysius Areopagita Eccles:
Hierar: cap. 7.* Pontifex perfecto
precum sacro, ad Dei altare, cùm
ab eo incendendi odores initium
fecit, sacrum obit locum.

S. Ambrosius in c: 1. Luc. Ut-
nam nobis adolescentibus altaria
Sacrificium deferentibus, assistat
Angelus, immò præbeat se viden-
dum. Non enim dubites assi-
stere Angelum, quando Christus
assistit, quando Christus immo-
latur.

Elevatio Hostiæ.

Dionysius Eccl: Hierarch: c. 3.
Pontifex, cùm divina munera
laude prosecut⁹ fuerit, sacrosan-

Eta &

Articulus Quartus.

Et a & augustissima mysteria conficit, & quæ ante laudaverat venerandis operâ atque abdita signis, in conspectum agit, divinaque munera reverenter ostendens, ad sacram illorum Communionem, & ipse convertitur, & reliquos ut communicent horatorem.

Admixtio aquæ in Eucaristia.

Alexander I. Ep. 1. decretal.

Non debet (ut à Patribus acceptus, & ipsa ratio docet) in calice Domini, aut vinum solū, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex Latere ejus in passione sua profluxisse legitur.

Artic.

Conci'ü Trid. antè Trident.

Articulus Quintus.

Doctrinam de peccato ori-
ginali & justificatione esse
amplectendam.

Verba Concilij.

Omnia & singula, quæ de pecc-
ato originali & de justificatione in sa-
cro sancta Tridentina Synodo defi-
nita & declarata fuerunt, ample-
ctor & recipio.

Quoniam nimis longum fo-
ret omnia & singula puncta,
quæ in dictis duobus Articulis
maxime secundo continentur
deducere, ea saltem quæ præci-
pue controversa sunt hic anno-
tabimus & demonstrabimus. Sint
igitur sequentia.

Arti-

Artic. V. Punctum I.

Articuli Quinti,

Punctum Primum.

Parvulos esse baptizan-
dos, & necesse esse ad vitam
æternam consequendam, in
ijs peccatū originale, quod
ex Adam traxerunt, per ba-
ptismum expiari.

Verba Concilij, Sess: 5.

Si quis parvulos recentes ab u-
teris matrum baptizandos negat,
etiam si fuerint à baptizatis pa-
rentibus orti; aut dicit in remis-
sionem quidem peccatorum eos ba-
ptizari, sed nihil ex Adam trabe-
re originalis peccati, quod regene-
rationis lavacro necesse sit expiari
ad vitam æternam consequēdam,
anabematis.

F

Ireco

Conciliū Trid: antē Trident.

Janeus lib: 2. cap: 39. Omnes
venit Christus per semetipsum
salvare: omnes, inquā, qui per
eum renascuntur in D e u m , in-
fantes & parvulos, & pueros, &
juvenes, & seniores.

Origenes homil: 8. in Levitic
Addi his etiam illud potest, ut
requiratur quid causæ sit, cùm
baptisma Ecclesiæ in remissione
peccatorum decur, secundum Ec-
clesiæ observantiam, etiam par-
vulis baptismum dari: cum utiq
si nihil esset in parvulis, quod
ad remissionem deberet & ad in-
dulgentiam pertinere, gratia ba-
ptismi superflua videretur.

Idem hom: 14. in Luc. Parvuli
baptizantur in remissionem pec-
catorum. Quorum peccatorū
vel quo tempore peccaverunt

Artic. V. Punctum 1.

aut quomodo potest ulla lavacri
in parvulis ratio subsistere, nisi
juxta illum sensum, de quo paulo
ante diximus: nullus mundus a
sorde, nec si unius diei quidem
faerit vita ejus super terram? Ec-
quia per baptismi Sacramentum na-
tivitatis sordes deponuntur pro-
pterea baptizatur & parvuli. Nisi
enim quis renatus fuerit ex aqua
& Spiritu, non potet intrare in
regnum cœlorum.

*S. Chrysostomus homil. de Ad: &
Eva.* Ideò prædicat Ecclesia Ca-
tholica ubique diffusa, debere
parvulos baptizari propter origi-
nale peccatum, quia filios pro-
creare ex præcepto Dei venit:
cupiditas verò quæ facit filios
procreare, ex poena peccati ve-
nit. **Baptismus parvulorum a-**

Concilij Trid. antè Trident.
bluit omne originale peccatum.

Joannes Maxentius in Profess.
Fidei. Propterea recentes ab u-
tero parvulos, non tantum ut ad-
optionem mereancur, aut pro-
pter regnum cœlorum: sed in
remissionem peccatorum credi-
mus baptizari, ne pereant in a-
ternum.

S. Cyprianus l. 3. Ep: 8. Quan-
tum ad causam infantium peri-
ner, quos dixisti intra secundum
vel tertium diem quo nati sunt
constitutos baptizari non ope-
tere universi judicavimus, nulli
hominum nato misericordiam
DEI & gratiam denegandam.
Nam cùm Dominus in Evange-
lio suo dicat: Filius hominis nō
venit animas hominum perdere
sed salvare; quantū in nobis est
si sic

Artie: V. Punctum I.

si fieri potest, nulla anima perdenda est.

S. Ambrosius l. 2. de Abraham c. 11. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. utique nullum excipit, non infantem, non aliquam præventum necessitate.

Syricius Ep: 1. ad Himerium c. 2. Sicut sacram ergo Paschalem reverentiam in nullo dicimus esse missuendam: ita infantibus, qui ne cum loqui poterunt per aetatem, vel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit, sacri unda baptismatis, omni volumus celeritati succurri, ne ad nostram perniciem tendat animarum, si negasco desiderantibus fonte salutari, exiens unusquisque de seculo, & regnum perdat & vitam.

Concilij Trid. antè Trident.

S. Hieronymus dial: 3 cōtr. Pelagian: cap. 6. *Critobulus*: Dic quæso, & me omni libera quæstione, quare infantuli baptizentur? *Atticus*: Ut eis peccata in baptismate dimittantur. *Critobulus*: Quid enim commeruere peccati? quis, quam ne solitus non ligatus? *Atticus*: Me interrogas? respondebit tibi Evangelica tuba, Doctor gentium, vas aureum in toto orbe resplendens. Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccaverunt, in similitudinem prævaricationis Adam, qui est forma futuri &c. Qui parvulus est, parentis in baptismo vinculo solvitur: qui ejus ætatis est, quæ potest sapere, & alieno & suo Christi sanguine liberetur.

S. A.

Artic: V. Punctum I.

S. Augustinus Epist: 28. ad Hie-
ronym. Quisquis dixerit, quod
in Christo vivificabuntur etiam
parvuli, qui sine Sacramenti e-
jus participatione de vita exe-
unt: hic profectò & cōtra Apo-
stolicam prædicationem venit,
& totam condemnat Ecclesiam,
ubi propterea cum baptizandis
parvulis festinatur & curritur,
quia sine dubio creditur aliter e-
os vivificari omnino non posse.
Qui autem non vivificatur in
Christo, restat ut in eadem da-
mnatione maneat: de qua dicit
Apostolus. Per unius delictum
in omnes homines ad condem-
nationem.

Idem l. 4. de Baptif. cōtr. Do-
natist. c. 23. Quod traditum te-
net universitas Ecclesiæ cùm par-

Conciliij Trid: antè Trident.
vuli infantes baptizantur, qui
certè nondum possunt corde
credere ad justitiam & ore con-
fiteri ad salutem, quod latro po-
tuit, quin etiā flendo & vagiendo
cùm in eis mysteriū celebratur,
ipsis mysticis vocibus obstrepūt,
& tamen nullus Christianorum
dixerit eos inaniter baptizari.

Idem Epist: 89. Quod dicunt
infantem morte præventū, non
baptizatum perire non posse,
quoniam sine peccato nascitur:
non hoc dicit Apostolus, & arbi-
tror esse melius, ut Apostolo po-
tiùs, quàm istis credamus. Dicit
enim ille Doctor gentium, in quo
Christus loquebatur: Per unum
hominem peccatum intravit in-
mundum, & per peccatū mors;
& ita in omnes homines per-
tran-

Artic: V. Punctum I.

transiit, in quo omnes peccaverant &c. Proinde isti quem fortè invenerint infantem non ex illius unius hominis concupiscentiâ procreatam, ipsum dicat illi damnationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiâ ab illâ damnatione esse liberâdum.

Idem l. 3. de Anima & ejus origine c. 9. Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes antequam baptizentur morire præventos, pervenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus.

Patres Concilij Carthaginensis Epistola ad Innocentium P. R & est inter Epist: S. Augustini 90. Parvulos eum propter salutem, quæ per Salvatorem Christum datur, baptizandos negant, ac sic eos

Concilij Trid: antè Tridēt.
mortiferā istā doctrinā in aeternū
necant, promittentes, etiā si non
baptizentur habituros vitam a-
eternam nec pertinere ad eos, de
quibus Domin⁹ ait: venit enim
Filius hominis querere & salvare
quod perierat. Quia isti inqui-
unt, nō perierant, nec est quod in
eis salvetur, ut tanto pretio re-
dimatur, quia nihil est in ijs vi-
tiatum, nihil tenetur sub diabo-
li potestate captivum.

Concilium Millevitanum Epist:
ad Innocentium (Epist. S. Augusti
92.) Pueros quoque parvulos
si nullis innoventur Christianæ
gratiæ Sacramentis, habituros vi-
tam aeternam nequam præsum-
ptione contendunt, evacuantes
quod dicit Apostolus: Per unū
hominem peccatum intravit in
mundo.

Artic: V. Punctum I.

mundum, & per peccatum mors,
& ita in omnes homines pertransi-
sunt, in quo omnes peccaverunt.

*Innocentius I. Ep. ad Conciliū
Milevitannum (est inter S. Augu-
stini 93.): Illud verò quod Fra-
ternitas vestra eos afferit prædi-
care, parvulos æternæ vita præ-
mijs absq; baptismatis gratiā pos-
se donari, persatum est. Nisi e-
nim manducaverint carnem Fi-
lii hominis, & biberint sanguinē
eius, non habebunt vitam
in semetipsis. Qui autem hanc
in ijs sine regeneratione defen-
dunt, videntur mihi ipsum bap-
tismum velle cassare, cùm prædi-
cant hos habere, quod in eos cre-
ditur non nisi baptismate confe-
rendum. Si ergo nihil volunt
officere non renasci, fateantur
neces-*

Concilij Trid: antè Trident.
necessæ est nec regenerationis sa-
cra fluenta prodeße. Verum
ut superfluorū hominum prava
doctrina celeri veritatis possit ra-
tione discindi, proclamat Domi-
nus in Evangelio dicens: Sinice
infantes venire ad me, & nolite
eos prohibere: talium est enim
regnum cœlorum.

Articuli Quinti,
Punctum Secundum.

JN Baptismo reatum peccati o-
riginalis remitti, & totum il-
lud, quod veram & propriā pec-
cati rationem habet, tolli; non
verò saltem radi aut non impu-
tari. Manere autem in baptiza-
tis concupiscentiam & somitem,
cumq; non esse peccatum, sed ad
pecca-

Artie: V. Punctū II.

peccatum inclinare. vide verba
Conciliij ferè eadem, Sess. 5.

Origenes homil. 4. in Cant. Am-
putantur & execantur ab homi-
nibus peccata, cùm in baptismo
donatur remissio peccatorum.
Idem homil. 14. in Luc. Quia per
baptismi Sacramentum nativita-
tis sordes deponuntur, propte-
re a baptizantur & parvuli. Nisi
enim quis renatus fuerit ex aquâ
& Spiritu, non poterit introire
in regnum cœlorum.

Epiphanius in Ancorato circ:
fin. Aquæ non in uno hominis
membro fiunt, sed totum homi-
nis corpus purificant & circum-
cidunt, & ab omnibus malis li-
berant.

Chrysostomus Serm: II. in E-
pist: ad Philippens: Christus phar-
macum

Contilij Trid: antè Trident.
macum quasi quoddam antido-
tum dedit baptismi lavaerum;
& sic omnem evomuimus mali-
tiam: & effugata sunt simul om-
nia, & inflammatio cessit, & fe-
bris extincta est, & sanies exsic-
cata. Omnia enim & quæ ab a-
varitia, & quæ ab ira, & cætera
omnia mala per spiritum evanu-
erunt: aperti sunt oculi, aperta
sunt aures, aptam vocem locuta
est lingua, vires acquisivit anima
acccepit talem pulchritudinem
florem ac vigorem corpus, qua-
lem decebat habere pulchritudi-
nem filium Dei, natum ex Spiri-
tù sancti gratiâ.

*Philo Carpathius in Cantic: Can-
ticor. Addit ut ex vera confessi-
one suorum scelerum in ipso la-
vacio regenerationis toti mun-
dati*

Artic: V. Punctum II.

dati sunt, & nive candidiores fa-
cti veterem hominem cum ma-
lefactis suis omnibus exuerint.

Martialis ad Tholosanos cap: 1.
Vos enim estis membra Christi
& corpus immaculatum, nec a-
liquā in re coinquinatum, neq;
sordibus obvolutum. Jam enim
Sancti sicuti & mundati estis a-
quā regenerationis.

*Cyprianus sive author Serm. de
ablut: ped.* De abdito & secre-
tissimo Spiritū sancti munere
hujus gratiæ liquor emanat, sic
lavans quos parentalis labes in-
ficerat, ut nec actualis nec origi-
nalis macula aliqua sui post ablui-
tionem illam vestigia derelin-
quat.

*Rheticius apud S. Augustinum
lib: 1. contr. Julian: c. 1.* Hanc es-
se prin-

Concilij Trid. antè Trident.

se principalem in Ecclesia indul-
genciam neminem præterit, in-
qua antiqui criminis omne pon-
dus exponimus, & ignoratiæ no-
stræ facinora prisca delemus, ubi
& veterem hominē cum inge-
nitis sceleribus exuimus.

S. Ambrosius d. Sacram: l. 1. c. 4.
Qui per hunc fontē transit, tran-
sit à terrenis ad cœlestia. Hoc est
enim Pascha, id est, trāsitus ejus:
transitus à peccato ad vitam, à
culpā ad gratiam, ab inquina-
mento ad sanctificationem. Qui
per hunc fontem transit non
moritur, sed resurgit. Idem de ijs
qui mysterijs initiantur c. 3. A qua
est, quā caro mergitur, ut omne
abluatur peccatum, sepelitur il-
lic omne vitium.

S. Augustinus lib. 1. contr: duas
Epist:

Artic: V. Punctum II.

Epist: Pelagian: cap: 13. Dicimus baptismum dare omniū indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec ut omniū peccatorum radices in malā carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, unde crescāt, iterum resecanda peccata.

Idem l. 3. c 3. Baptismus quidem abluit peccata omnia, prorsus omnia, factorum, dictorum, cogitatorum, sive originalia sive addita, sive quæ ignoranter, sive quæ scienter admissa sunt: Sed non auffert infirmitatem cui regeneratus resistit, quando bonū agonem luctatur.

Idem in Enchirid: ad Laurent: c. 64 Excepto baptismatis munere, quod contra originale peccatum donatum est, ut quod genera-

Concilij Trid. antè Trident.

eneratione attractum est, regenera-
tione detrahatur, & tamen acti-
va quoque peccata, quæcunque
corde, ore, opere, commissa in-
venierit, collit.

Gregorius Mag. lib. 9. Epist: 39.
Si qui sunt, qui dicunt peccata
in baptisate superficietenus di-
mitti, quid est hac prædicatione
infidelius, in quâ ipsum fidei Sa-
cramentum festinant solvere? In
quo principaliter ad cœlestis
mundiciæ mysterium anima li-
gatur, ut absoluta radicit⁹ à pec-
catis omnibus, soli illi inhæreat,
de quo Psalmista ait: Mihi autē
adhærere Deo bonum est, Certè
enim maris rubri transitus figura
sancti baptismatis fuit, in quo ho-
stes à tergo sunt mortui, sed alij
contra faciem in eremo sunt in-
venti

Artic: V. Punctum II.

venti. Sic quippe omnes, qui in sancto baptismate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur, quia eis veluti Ægyptij hostes à tergo moriuntur. Sed in eremo alios hostes invenimus: quia dum in hâc vitâ vivimus, priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multæ tentationes nos fatigant, & ad terrâ viventium tendentib⁹ iter intercludere festinant. Qui ergo dicit peccata in baptismate funditus non dimittri, dicat in mari rubro Ægyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Ægyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori: quia nimirum, plūs valet in absolutione nostra veritas, quàm umbra veritatis.

in E.

Concilij Trid: antè Trident.

in Evangelio Domin⁹ dicit: qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lavet, sed mundus est totus. Si igitur peccata in baptismate funditus minimè dimittuntur, quomodo is qui lotus est, mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis, quæ ait: qui lotus est mundus est totus. Nihil ergo ei de peccati sui contagione remanet, quem totum facetur mundum ipse qui redemit.

*Articuli Quinti,
Punctum Tertium.*

Justitiam acceptam conservari atque etiam augeri per bona opera; caque non solū modò frustus &

Artic: V. Punctū III.

Etus & signa esse adeptæ justifica-
tionis ; sed etiam causam augen-
dæ ipsius justificationis.

Verba Concilij, Sess. 6. c. 24.

*Si quis dixerit justitiam acce-
ptam non conservari, neque etiam
augeri per bona opera : sed opera
fructus solummodo & signa esse ju-
stificationis adeptæ, non autem ip-
sius augēdæ causam, anathema sit.*

Origenes homil: 2. in Levitic:
Audi nunc, quantæ sint re-
missiones peccatorum in Evan-
gelio. Est ista prima quâ bap-
tizamur in remissionem peccato-
rum : Secunda remissio est in
passione martyrij : tertia est, quæ
pro eleēmosyna datur. Dicit e-
níus Salvator : verumtamen da-
ce cle-

Conciliij Trid. ante Trident.
te eleēmosynam, & ecce omnia
munda sunt vobis.

Cyrillus Hierosolymit: Catech 8.
Poterit sanè aliquis etiam per pe-
cunias justificari. Esurivi, in-
quit, & dedistis mihi manduca-
re, omnino id per pecunias. Et
vis nosse, quod bona & opes
possunt esse ostium regni cœlo-
rum? Vende omnia quæ ha-
bes, inquit, & da pauperibus, &
habebis Thesaurum in Cœlis.

*Chrysostomus bomil 34. in Ge-
nes. Hic erudiamur, ut magna in-
dandis eleēmosynis largitate u-
tamur, quo datis parvis adipi-
scamur magna. Quomodo e-
nim paria sunt, dic obsecro, da-
re parūm argenti, & obtinere
peccatorum remissionem? pa-
scere esurientem, & in die illâ*
horris

Artic: V. Punctum III.

horribili fiduciam assequi, & audire verba nulli regno conferenda: Esurivi & dedistis mihi quod comederem: Et mox: Esto fidelis eorum, quæ tibi à Domino concessa sunt, bonorum dispensator, ut adjutus illius penuriâ, tibi supernam concilias gratiam. Et postea: Nullum omnino aliud bonum sic poterit restinguere peccatorum nostrorum incendium, ut eleemosynæ largitas: hæc & peccatorum nostrorum abolitionem operatur, & magnâ nobis fiduciam conciliat, & præparat, ut ineffabilibus illis bonis frui tunc liceat.

Et homil: 33. ad popul: Antioch: Eleemosyna æternam ministrat, vitam, ex mortis manibus eripit, & in utrâque vitâ claros exhibet,
& man-

Conciliij Trid: antè Trident.
& mansiones ædificat in Cœlis,
& æterna parat illa tabernacula.
Hæc lampades nostras non sinit
extingvi, nec sordidis indutos
vestibus in nuptijs videri; sed la-
vat & nive mundiores reddit.
Non sinit nos eò deducere, ubi
dives ille; nec audire verba tre-
menda, sed in Abrahæ sinus de-
ducit.

Id. S. Chrysostom s. 2. de jejun.
Cùm in paradiſo pro magnâ cō-
moditate indicitur, multò ma-
gis extra paradiſum necessarium
postulatur. Et cum ante plágā
remedium utiliter demōstratum
est, multò magis sauciatis appe-
tendum est, ut præstet vulnerib'
sanitatem. Et cùm antè confli-
ctum ad resistendum libidinosis
voluptatib⁹ clypeus nobis absti-
nentia

Artic. V. Punctū III.

nentiæ necessarius fuit: multò
magis in ipso nostro certamine
jejunij auxilium ad nostram vi-
ctoriam flagitandum est.

Idem homil. 20. in 2. ad Cor: 9.
Quemadmodum triticum quod
seminatur prægnantes aristas ex-
stendit: ita & eleemosyna mul-
tos manipulos justitiae efficit, &
ineffabiles proventus profert.

Idem Serm: 3. in dict: Apostoli,
habentes eundem spiritum, &c.
Non tam apta est aqua ad ablu-
endas corporis maculas, quam-
eleemosyna ad abolendas fortes
animæ.

Id. homil: 34. ad Popul: Antioch:
Ait enim (Psalm: 111.) Disper-
dit, dedit pauperibus, justitia ejus
manet in sæculum sæculi. Brevi
tempore distributionem fecit, &

G

peren-

Conciliū Trid. antē Trident.

perenni ævo permanet ejus justitia. Quid hoc unquam possit esse beatius? Propterea cohortor per eleēmosynam attraham⁹ justitiam, ut & de nobis hoc dicatur: Dispersit, dedit pauperibus. Postquam enim dixit, dispersit, ne putares, quod dispersa perirent, propterea statim intulit, justitia ejus manet in sāculum sāculi.

Hilarius in Psal: 133. Elevanda opera nostra sunt in DEI sancta, id est, in nudis vestiendis, in esurientibus cibandis, in sicutibus potandis, in afflictis consolandis, in oppressis adjuvandis, in omnibus diligendis. Hæc enim nos in hac corporis nostri infirmitate sanctificat: Hæc DEO placita & sancta sunt.

Hilari⁹

Artic. V. Punctum III.

*Hieronymus in Psal: 133. Pec-
cata, quæ jam aliter lavare non
possimus, extingvit eleëmosyna.
Quid scriptum est? Sicut aqua
extingvit ignem, sic eleëmosyna
extingvit peccata. Hoc præ-
stat eleëmosyna, quod & bapti-
sma: Quomodo baptisma no-
bis peccata dimittit, ita & eleë-
mosyna nobis peccata dimittit.
Similiter quoq; loquitur *S. Cy-
prianus l. de operib: & eleëmosyn.*
Item *S. Augustinus lib 50. homil.
hom: 39. ubi eleëmosynas secun-
dum baptisma nominat.**

*Idem S. Hieronym: ad c. 6. Da-
niel: Si Rex nesciens D E U M je-
junat pro altero, quem vult de
discrimine liberari: quanto ma-
gis nos pro peccatis proprijs in-*

Conciliij Trid: antè Trident.
ediâ, & vigilijs debemus Deum
ad clementiam flectere.

*Idem ad cap: 3. Jone. Saccus &
jejunium arma sunt pœnitentia, auxilia peccatorum.*

*Idem S. Augustinus Serm: 50. de
Temp: c. 10. Multa alia sunt divi-
ni eloquij documenta, quibus
ostenditur multum valere ele-
mosynam ad extingvenda & de-
lenda peccata. Proinde illis
quos damnaturus est, imò plus
illis quos coronaturus solas ele-
mosynas imputabit, tanquam
dicens, difficile est, ut si exami-
nem vos, & appendā vos, & scru-
ter diligentissimè facta vestra,
non inveniam undè vos damne:
sed ite in regnum. Esurivi enim
& dedistis mihi manducare. Non
ergo itis in regnum quia nō pec-
castis*

Artci V. Punctum III.

castis, sed quia vestra peccata e-
leemosynis redemistis.

*Athanasius de Virginit: S. me-
ditatione.* Jejunium morbos sa-
nat, destillationes exsiccat, dæ-
mones fugat, malasq; cogitatio-
nes expellit, & mentem nitidio-
rem reddit, & cor purgatius &
corpus salubrius, & ad thronum
DEI hominem sicut.

*Basilius Mag: bomil: 1. de laud:
jejun:* Quemadmodum venmes,
qui in puerorū intestinis geroci-
nant, pharmacis quibusdā vehe-
menter acribus & amaris executi-
untur: ita peccatiū in intimis se-
cessibus habitans, extinguit ne-
cātq; simul atque in animam su-
pervenerit jejunium, ob hoc ip-
sum suo dignum nomine. *Idem*
bomil: 2. Quemadmodum o-

Conciliij Trid: antè Trident.

leum oblinic athletam, ita jeju-
nium robur addit ei, qui ad pie-
tatem se exercet. Itaque quan-
tum substraxeris carni, tanto red-
des animam habitudine spiritua-
li nitidiorem.

Theodoretus ad cap: 1. Joel. Ex
dictis plenè docemur, ut jejunū
animæ malè habenti sic medici-
na salutaris. Quare jejunio sub-
junxit curationem, sanctificate,
inquit, jejunium, prædicare cu-
rationem.

*Tertullian. lib. d. jejun: advers.
Psychicos c. 7.* Per hanc mœro-
ris sequelam & inediā, etiam
civitas illa peccatrix Ninive de-
exitio prædicato liberatur. Satis
enim pœnitentia scelerum com-
mendaverit Deo jejunium tri-
duò functa, etiā pecudibus en-
dis,

Artic: V. Punctum III.

Etis, quibus iratus Deus nō erat.
Sodoma quoque & Gomorrah
evasissent, si jejunassent.

Theophylactus in 2. Ep. ad Cor.
cap. 9. Quod planè semen ma-
vult, ut egentibus distributum
spirituale reddatur & transfe-
rat in animum. Ex hoc enim
quidvis boni operis nobis suc-
crescit, & justitiae insuper mani-
puli augescunt, ob idq; illud sub-
jungit & augebit incrementa ju-
stitiae vestræ.

Cyprianus Serm: 1. de Eleemos.
Coarctati eramus, & in angustū
innocentiae præscriptione con-
clusi, nec habebat quod fragili-
tatis humanæ infirmitas atq; im-
becillitas faceret, nisi iterum pie-
tas divina subveniens, justitiae &
misericordiæ operibus ostensis,

Conciliū Trid: antē Trident:
viam quandam tuendæ salutis a-
periret, ut sordes postmodum
quascūnque contrahimus eleē-
mosynis abluamus. Loquitur
in Scripturis Spiritus S. & dicit:
Eleēmosynis & fide delicta pur-
gantur. Non utique illa delicta,
quæ fuerant ante cōtracta: nam
illa Christi sanguine & sanctifica-
tione purgantur. Jam denuò di-
cit: Sicut aqua extinguit ignem,
sic eleēmosyna extinguit pecca-
tum. Hic ostenditur quoque &
probatur, quia sicut lavaoro a-
quæ salutaris gehennæ ignis ex-
tinguitur, ita eleēmosynis atque
operationibus justis delictorum,
flamma sopitur. Et quia semel
in baptismo remissio peccatorū
datur, assidua & jugis operatio,
baptismi instar imitata, Dei ror-
sus in-

Artic: V. Punctum III.

fus indulgentiam largitur. *Idem*
ibid: Qui ergo locuples ac dives
es, eme tibi à Christo aurū igni-
tum, ut sordibus tuis tanquam
igne decoctis, esse aurum mun-
dum possis, si eleēmosynis & ju-
stā operatione purgeris. Emeti-
bi albam vescem, ut qui secun-
dū Adam nudus fueras & hor-
rebas ante deformis, indumento
Christi candido vestiaris.

S. Ambrosius de helia & jejun.
cap. 3. Quid est jejunium, nisi
substantia & imago cœlestis? Je-
junium refectio animæ, cibus
mentis est; Jejunium est vita An-
gelorum, jejunium culpæ mors,
excidium delictorum, remediū
salutis, radix gratiæ, fundamen-
tum est castitatis. Hoc ad DEUM
gradu citius pervenitur.

Concilij Trid. antè Trident.

Idē S. Ambrosius unā cum alijs
Episcopis Epistolā 81. ad Siricium
Papam contra Jovinianum here-
ticum: Agrestis ululatus est, nul-
lam virginitatis gratiam, nullum
castitatis ordinem servare, pro-
miscuè omnia velle confundere,
divisorū gradūs abrogare me-
ritorum & paupertatem quandā
cœlestium, remunerationem in-
ducere, quasi Christo una sic pal-
ma quam tribuit, ac non plurimi
abundent tituli præmiorū. Ni-
nive se à morte jejuno liberavit.
Et ipse Dominus ait: non ejci-
tur hoc genus, nisi per orationē
& jejunium.

Idem c. 4. Operui in jejuno
animam meam.. Bonum operi-
mentum quod animam tegit, ne
à tentatore deprehendatur, ne à
tentac.

Artic: V. Punctum III.

tentatore nudetur. Bonum ve-
lamen quod tegit culpam, tegit
abstinentia, tegit gratia. Tegit
gratia dum remittit, & omnem
abolet errorem. Tegit abstinen-
tia dum abluit vitium, & mœsto
abscondit affectu atq; extenuat
poenitendo. Etenim jejunium
& eleemosyna à peccato liberat.
Vide illum in sequentibus, ubi
multa similia pulchra de jejunio
invenies. *Item Epist: 81. ad Ec-
clesiam Vercellensem contra eos,*
qui nullum dicunt esse abstinen-
tiæ meritum.

*S. Augustinus de nat: & grat:
cap: 70. Charitas inchoata, in-
choata justitia est: Charitas pro-
vecta, provecta justitia est: Cha-
ritas magna, magna justitia est:
Charitas perfecta, perfecta justi-
tia est.*

G 6

Idem

Concilij Trid. antè Trident.

Idē S. Augustinus Serm 16. de
verb: Apost: Justificati sum⁹; Sed
ipsa justitia cùm proficiamus, cre-
scit. Et quomodo crescit dicam,
& vobiscum quodammodo con-
feram, ut unusquisque vestrum
jam in ipsā justificatione consti-
tutus, acceptā scilicet remissione
peccatorum per lavacrum rege-
nerationis, accepto Spiritu san-
cto, proficiens de die in diem, vi-
deat ubi sit, accedat, proficiat,
crescat, donec consumetur, non
ut finiatur, sed ut perficiatur.

S. Prosper in resp: ad c. 6. Cal-
lor. Justificatus homo, id est, ex
impiō pius factus, nullo præce-
dente bono merito accipit do-
num, quo medio acquirat & me-
ritum: ut quod in illo inchoatū
est per gratiam Christi, etiam
per in-

Artic: V. Punctum IV.

per industria^m liberi augeatur.
arbitrij, nunquam remoto adju-
torio D E I, sine quo nec profice-
re, nec permanere in bono quis-
quam potest.

Articuli Quinti,
Punctum Quartum.

Noⁿ nullum hominē solā fide, vel
solā imputatione justitiæ Chri-
sti, aut solā remissione peccato-
rum justificani, exclusā scilicet gra-
tiā & Charitate, quæ in corde i-
psius per Spiritum sanctum dif-
fundicur, atque illi inhæret: gra-
tiā quoque quā justificamur,
non esse tantūm favorem D E I.

Verba Concilij.

Sess. 6. Can. 9. & 11.

*Si quis dixerit impium justi-
cari*

Concilij Trid: antè Trident.
cari solà fide, vel solà imputatio-
ne justitiae Christi, vel solà pecca-
torum remissione, exclusâ gratiâ
& Charitate, quæ in cordibus eo-
rum per Spiritum sanctum diffun-
datur, atque illis inhæreat, aut e-
tiam gratiam quâ justificamur esse
tantum favorem, DEI, anathe-
ma sit.

¶ Gnatius Epist: ad Ephes. Prin-
cipium vix fides, finis ejusdem
charitas'. Ambæ autem simul
iunctæ in unitate factæ DEI ho-
minem perficiunt.

Origenes Tract: 32. in Matth.
Qui profitentur quidem fidem
in IESU, non autem præparant se
bonis operibus ad salutem, assi-
milantur Virginibus fatuis.

Gregorius Nazianzen: Orat: 40.
in S. Baptisma. Decimo ac po-
stremo

Artic: V. Punct: m IV.

stremo loco super hoc dogmatū
fundamento bona opera extrue:
quando quidem fides sine ope-
ribus mortua est, quemadmodū
& opera si fides absit.

Gregorius Nyssenus homil 8. in Ecclesiast. Cùm Apostolus cum
fide connexuisset & contexuisset
justiciā, per ea armatum munit
thorace, rectè & tutè per utrūm-
que militi pectus muniens. Non
potest enim fieri, ut alterum ab
altero disjunctum, ex se tuta pre-
beat arma ei, qui ipsa tractat.
Neque enim fides absque operi-
bus justiciæ sufficit ad servandū,
neque rursus vitæ justicia per se
tuta est ad salutem, si sejuncta sit
fides.

S. Chrysost: homil: 52. in Matth:
Verè fatui sunt omnes homines,
qui

Conciliū Trid: antē Tridēt.
qui hoc solum existimat sibi pos-
se sufficere ad salutem, quia cre-
dunt in Christum, & Christiani
dicuntur, & non festinant se met-
ipsos bonis operibus commen-
dere, nec audiunt S. Jacobum
dicentem, quia fides sine operi-
bus mortua est.

S. Chrysost: homil. 9. in Joann.
Ad animæ puritatem servandam
non satis est baptisari duntaxat &
credere: sed si perpetua eâ frui
munditiâ & pulchritudine volu-
mus, dignam se vitam exhibere
oportet. Nolimus igitur, noli-
mus inquam, dilectissimi fidem
nobis ad salutem satis esse existi-
mare. Nam nisi vitam puram
exhibuerimus, ex hac cœlesti vo-
catione digna nos induerimus
vestimenta, quibus ad nuptias
admit.

Artic: V. Punctum IV.

admittamur, nihil nos eripiet,
quin eodem, quo miser ille, affi-
ciamur suppicio. *vide eundē ho-*
mil 30. in Joannem.

Idē S. Chrysost: homik: i. in c. i.
ad Ephes. ad ill. verb: ut laudetur
gloria gratiæ suæ &c. Quâ (gra-
tiâ) gratiulosos nos reddidit, in-
quit: non dixit, quam largitus
est, sed quâ gratiulosos nos reddi-
dit. Hoc est: non solum pecca-
tis liberavit, sed & dilectos ami-
cos efficit. Quemadmodum e-
nīm, si quis scabiosum quendam
peste morbo, senio, paupertate,
pariter ac fame corruptū nactus,
formosum, mox adolescentem
reddat, qui quosvis venustate su-
peret, vehementem splendorem
ex genis emittat, ipsaque fulgura
oculorum repercuSSIONibus ob-
scuret,

Conciliij Trid: ante Trident. scuret, quem deinde & in ipsum aetatis florem constituat, atq; insuper & purpurâ, & omnigeno mundo vestiat, atque exornet non aliter animam nostrâ Deus & elaboratam, & pulchram, & desiderabilem ac dilectam redidit.

Philo Carpathius in Cantic: ad illa verba: Pulchra es dilecta: Fides integerrima, spes firmissima, sincera charitas necessaria sunt sponsæ, & cuicunque fidelis animæ, si victrices adversus calidissimos hostes evadere contendunt.

Theophylactus in 1. Epist: ad Corint: c. 6. Cum essetis his, quæ antea diximus, vitijs inquinatis ab his tamen nos mundiores efficit, & labe tam tetrâ abstergit. Neque

Artic: V. Punctum IV-

Neque id modo, quia & vos ille
sanctificat, quo pacto? justifican-
do inquit. Cum enim prius vos
abluisset, & justitiam condonasset,
mox & sanctimoniam contulit,
nec in hujus illiusve nomine, sed
Christi duntaxat. In Spiritu san-
cto, hoc est, Trinitas haec omnia
vobis largita est.

*Cyrillus Alexandrin: lib: 10. in
Joann. cap. 18.* Qui verbis nudis
Christum confiteatur, sed man-
datorum observatione, id est,
charitate ad perfectionem non
conformantur, quamvis Christo
fide inhæreant, in eoq; hac ratio-
ne maneant, verba tamen ejus
non habent. Non oblii quidem
illi prædicationis Evangelicæ, sed
illecebris voluptatum capti, Spi-
ritus gratiam abijciant. De quib⁹
Salva-

Concilij Trid: antè Trident.

Salvator ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Quod autem fides ad salutem non sufficiat, Christi etiā discipulus ostendit, scribens: Tu credis, quia unus est Deus, dæmonia etiam credunt & horrescent. Si ergo fides sola sufficeret, multitudo dæmonum perire non posset. Quare oportet ad fidem opera charitatis accedere. Nam qui sic facit, is & in Christo per fidem manet, & in corde suo verba ejus conservat.

S. Hieronymus ad c. 25. Matth.
Oleum habēt Virgines, quæ juxta fidem & operibus adornantur.
Non habent oleum, qui videntur simili quidem fide Dominum
confi-

Artic: V. Punctum IV.

confiteri, sed virtutum opera
negligunt.

Epist: 27. ad Eustoch. cap. 14.
Vale ô Paula, Fides & opera tua
Christo te sociant: præsens faci-
lius quod postulas impetrabis.

S. Ambrosius lib 2. de offic: c. 2.
Habet ergo vitam æternā fides,
quia fundamentum est bonum.
Habent & bona facta, quia vir
justus & dictis & rebus probatur.

S Chrysost: homil: 14. in Ioan:
Non hæc nobis duntaxat gratia
data est, venia scilicet peccato-
rum: sed justitia, sanctificatio,
adoptio, Spiritus sancti gratia,
longè clarior, longè uberior: ad
hæc & alia major, hoc est, à spi-
ritu & reconciliatione fiducia.

Idem homil: 70. in Matth. Ne
fideles solâ fide salvari posse cō-
fidant,

Conciliū Trid: antē Tridēt.

fidant, de pœna malorum disserit, Ita infideles ad fidem, fideles verò ad rectè vivendum cohortantur.

*S. Augustinus de fide & operib.
cap: 14.* Jam illud videam⁹, quod excludendum est à cordibus religiosis, ne malā securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putaverint, benè autem vivere, & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint &c. Cùm ergo Apostolus dicit, arbitrari se justificari hominem per fidem sine operibus legis: non hoc agit, ut perceptā ac professā fide opera justitiae contemnatur: sed ut sciat se quisque posse per fidem justificari, etiam si legis opera nō præcesserint. Quoniam ergo hæc o-

Artic. V. Punctum IV.

hæc opinio tunc fuerat exorta,
aliæ Apostolicæ Epistolæ Petri,
Joannis, Jacobi, Judæ, contra
eam maximè dirigunt intentio-
nem, ut vehementer astruant, fi-
dem sine operibus nihil prodes-
se: sicut etiam ipse Paulus non
quamlibet fidem, quâ in Deum
credicur; sed eam salubrem pla-
nèq; Evangelicam definivit, cu-
jus opera ex dilectione proce-
dunt: Et fides, inquit, quæ per
dilectionem operatur. Unde illam
fidem, quæ sufficere ad salutem qui-
busdam videtur, ita nihil pro-
delle asseverat, ut dicat: si habeam
omnem fidem, ita ut montes
transferam, charitatem autem
non habeam, nihil sum.

*Idem in Psal: 98. Debemus &
nos habere judicium, debemus
habe-*

Concilij Trid: antè Trident: habere justitiam: sed ille in vobis facit judicium & justitiā, qui a nos facit in quibus ficeret. Laudemus & exaltemus illum, qui fecit ipsam justitiam, quam habemus ipse in nobis fecit. Quis enim in vobis fecit ipsam justitiam, nisi qui nos justificavit. De Christo autem dictum est, qui justificat impium. Nos ergo impi, ille justificator, quando & ipsam justitiam ipse in nobis fecit, quā illi placeamus.

Idem lib: de Spir: & litt: c. 18.
Hanc autem, id est novum Testamentum, ministratioē Spiritus & ministratioē justitiae dicit, quia per donum Spiritus operamur justitiam, & à prævaricationis damnatione liberamur. Et idipsum attēde quemadmodum

Artic: V, Punctum IV.

admodum inculcat. Habemus
qui autem, inquit, Thesaurum istum
au- in vasibus fictilibus, ut eminentia
qui virtutis sit DEI, & non ex nobis.
ha- Et paulò post, cùm eandem gra-
quis tiam uberius in Domino J E s u
sti. Christo commendans, usque ad
De illud veniret indumentum justi-
qui tiae fidei, quo induti nō nudi in-
im- veniamur, & propter hoc inge-
& miscimus mortalitate prægrava-
fe- ti, habitaculum nostrum quod
18. de cœlo est superindui cupientes,
le- ut absorbeatur mortale à vita,
pi- vide quid adjungat. Qui autem
tiæ operatus est nos, inquit, in hoc
tūs ipsum Deus qui dedit nobis pi-
ya- gnus spiritus. Et post pauca in-
ra- tulit, ut nos simus justitia DEI
m° in ipso. Hæc est illa justitia DEI,

H non

Conciliū Trid. antē Trident.
non quā ipse justus est, sed quā
nos ab eo facti.

Idem ibid c. 27. Et quia non
est distinctio, eagent gloriā D E I
justificati gratis per gratiā ipsius.
Quā gratiā interiore homine re-
novato justitia scribitur, quam
culpa deleverat.

Idem ibid: c 32 Unde ergo
illa dilectio, id est Christus, per
quam fides operatur, nisi unde
illa fides ipsa impetravit? Neque
enim esset in nobis quantacunq;
sit in nobis, nisi diffunderetur in
cordibus nostris per Spiritum
sanctū, qui datus est nobis. Cha-
ritas quippe D E I dicta est diffun-
di in cordibus nostris, non quā
nos ipse diligit, sed quā nos facit
dilectores suos, sicut justitia D E I,
quā justi ejus manere efficimur:

& De-

Artic: V. Punctum IV.

& Domini salus, quâ nos salvos
facit: & fides I E S U Chri. sti, quâ
nos fideles facit. Hæc est justitia
DEI, quam non solum docet per
legis præceptum, verùm etiam
dat per Spiritu s donum.

Idē S. Augustin: de grat: & lib:
arbit: cap: 8. Apostolos cùm di-
xisset, gratiâ salvi facti estis per
fidem, & hoc non ex vobis, sed
DEI donum est, non ex operi-
bus, ne fortè quis extollatur: vi-
dit utique putare posse homines
hoc ita dictum, quasi necessaria
non sint opera bona credentib⁹,
sed eis fides sola sufficiat: & rut-
sus posse homines de bonis ope-
ribus extolli, velut ad ea facien-
da sibi ipsi sufficient, mox itaq;
addit: ipsius enim sumus fig-
mentum, creati in Christo I E S U

H a in ope

Concilij Trid: antè Tridēt.
in operibus bonis, quæ præpa-
ravit D E U S, ut in illis ambu-
lemus.

Idem lib: de heres. heres. 54.
Ætius fertur etiam usq; adeò suis-
se bonis moribus iniñicus, ut af-
severaret, quod nihil cuique ob-
esset quorumlibet perpetratio ac
perseverantia peccatorum, si hu-
jus quæ ab illo docebatur fidei
particeps esset.

Idem de verb: Apost: serm: 16. Si
dixerimus quia justitiæ nihil ha-
bemus, adversum D E I dona-
mentium.

Gregorius Mag. l. 33. moral. c. 7.
Nemo sibi fidem sine operibus
sufficere posse cōfidat, cùm scri-
ptum sit: Fides sine operibus o-
tiosa est.

Arti.

Artic: V. Punctum V.

*Articuli Quinti,
Punctum Quintum.*

Bona opera esse meritoria.

Verba Concilij,

Seft: 6. c. 16.

Bene operantibus usque in finem,
& in Deo speratis proponenda
est vita eterna, & tanquam gratiae
filii DEI per Christum JESVM
misericorditer promissa, & tan-
quam merces ex ipsius DEI pro-
missione bonis ipsorum operibus &
meritis fideliter reddenda.

Ec Canone 26.

Si quis dixerit, justos non debe-
re pro bonis operibus, quæ in D E O
fuerint facta, expectare & sperare
eternam retributionem à L E O per
eius misericordiam, & J E S V Chri-

H 3 *time-*

Concilij Trid: ante Trident:
stī meritum, si benē agendo & di-
vina mandata custodiendo neque
in finem perseveraverint, anathe-
ma sit.

Dionysius de Eccl: Hierar: c. 12.
Equidem probē scio scrip-
tis divinis assentiens unūquem-
que præmium accepturum pro-
dignitate. Inclusit enim, inquit,
Dominus apud se: & referet u-
nusquisq; propria corporis pro-
ut gessit, sive bonum sive malū.

S. Ambrosius in c. 2. Luc. Ecce
& Simeon prophetat, in ruinam
& resurrectionem plurimorum
venisse Dominum J E S U M Chri-
stum, ut justorum iniquorūm
merita discernat, & pro nostro-
rum qualitate factorum, judex
verus & justus, aut supplicia de-
cernat aut præmia.

Idem

Artic. V. Punctum V.

Idem in c. 6. Luc. Sicut incre-
menta virtutum, ita etiam sunt
incrementa præriorum. Plus est
enim Dei esse filium, quam pos-
sideret terram & consolationem
mereri. Sed quia & primū præ-
mium regnum cœlorū est, & ul-
timū præmium regnum cœlo-
rum est, nonquid æquale præ-
mium incipientibus atque per-
fectis est? Cùm fueris in regno
cœlorū, tunc processus est man-
sionum, & si unum regnum, di-
versa tamen merita sunt in regno
cœlorum.

Idem S. Ambrosius Epist: 44.
In die judicij aut nostra opitula-
buntur nobis opera, aut ipsa nos
in profundum, tanquam molari
depressos lapide mergent.

Idem lib. 1, de Offic. c. 15. Post
H 4 obi-

Concilij Trid: antè Trident.
obitum utriusque (divitis scilicet
epulonis & Lazari) pauper erat
in sinu Abrahæ requiem habens,
dives in suppliciis. Nonne evi-
dens est, meritorum aut præmia
aut suppicia post mortem, ma-
nere?

*S. Chrysostomus Concione 4 in
Lazar.* Si Deus est, sicuti reve-
rà est, eum justum esse nemo nō
fatebitur. Atqui si justus est &
his & illis reddet pro meritis. Et
hoc in confessio est. Quod si &
his & illis rependet pro meritis,
hic verò nullus eorum recepit,
neque ille improbitatis poenam,
neque hic virtutis præmia, per-
spicuum est, restare tempus ali-
quod in quo cōgruens præmiū
horum uterque feret.

*Idem Chrysostomus homil: 3 in
Epist:*

Artie: V. Punctū V.

Epist. 1. ad Theſal. Apud DEUM
tanta eſt amicitia merces, quan-
ta dici nequit. Mercedem no-
bis dat, ut amemus nos invicem
cujus nos rei mercedē debemus.
Preceare inquit, & accipe merce-
dem. Super hoc nos mercedem
debemus: nam bona precamur.
Pro eo quod petis, inquit, acci-
pe mercedem. Jejuna, & accipe
mercedem. Sis rectus ac stre-
nuus & cape præmium quanquā
præmium debens. At quemad-
modūm Patres, quando pueros
suos ſedulos ac strenuos faciunt,
tunc & præmiū illis dant (nam
debitores iſis ſunt, ut pote vo-
luptate per eos affecti) ita &
DEUS mercedem, inquit accipe,
ſi probus atque integer fueris:
exhilaras namque Patrem, unde

Conciliij Trid: antè Trident.
hanc tibi mercedem debeo.

Id. hom. 80. in Matth. O quantæ gloriæ, quantæ beatitudinis hæc verba sunt! Nec dicit, accipite; sed hæreditate quasi propriâ, quasi paternâ, quasi vestrâ, quæ vobis à principio debebantur. Quibus verò pro rebus hæc sibi retribuuntur? Pro cæsto, pro veste, pro aqua frigida, pro visitatione, quia in carcere in gressi vincitum consolati sunt.

Idem S. Chrysost. hom. 1 de resurrect. Ibi omniò pauper iste, qui justè vivit, laborum suorum mercedem accepturus est.

Idem ibid. Ne hoc reputes, quòd flagellaris & expelleris, sed potius cogita coronas & retributions.

Id, homil. 42, in Genes. Corona, quæ

Artic: V. Punctum V.

na, quæ pro virtute & ejus fudo-
ribus datur, nihil habet sensibi-
le, neque in hoc sæculo nobiscū
dissolvitur, sed perpetua est, im-
mortalis, extendens se in omnia
sæcula. Et labor quidem est par-
vi temporis, merces autem labo-
rum finem non habet, neq; cre-
dit temporis neque marcescit.

Id. homil. 43. in Ep. 1. ad Cor.
Si quis innumera bona fuerit o-
peratus, tūm verò & innumera-
mala perpessus, integrum habet
mercedem & plenissimam retri-
butionem, non bonorum tan-
tūm quæ fecerit gratiâ, sed ma-
lorum etiam quæ tulerit.

Origenes Tract. 8. in Matth. Se-
cundūm mensuram observatio-
nis mandatorum ingrediemur
in vitam, aut in interiora ejus &

H 6. beati-

Conciliij Trid. antè Trident.
beatiora, aut in mediocria, aut
ad quamcūnq; partem vitæ illius
ad quam induxerit nos observa-
tia mandatorum.

*Id. Origines in Ep: ad Rom: l. 1.
c. 2.* Nunc requiramus de justo
judicio D E I, in quo reddet uni-
cuique secundūm opera sua. Et
primò quidem excludantur hä-
retici, qui dicunt animarum na-
turas bonas vel malas, & audiāt
quia non pro natura unicuique
D E U S, sed pro operibus suis red-
dit. Secundo in loco ædificen-
tur fideles, ne putent sibi hoc so-
lūm sufficere posse quod credūt,
sed sciant justum judicium D E I
reddere unicuique secundūm o-
pera sua.

*S. Ignatius Martyr Ep: ad Ma-
riam Cassabolitā, Præsens labor
parvus*

Artic: V. Punctum V.

parvus est, merces verò quæ speratur multa est.

Theophylactus in c 3. Ep. 1 ad Corint. Quo ad benè merentiū attinet præmia pro suo labore habiturus est quisq; mercedem.

Athanasius l. de Virginit: Regnum cœlorum non eorum est, qui hîc otiantur, sed eorum qui in multâ tribulatione & angustiâ vitam transfigunt. Non enim id gratis accipiunt, sed cum ingenti labore & magnificis sudoribus illud adepti sunt, quotquot eo digni sunt habiti.

Gregorius M. l. 16. moral: c. II. ad illa verba. *Job salvabitur innocens: salvabitur autem mundiciâ manuum suarum.* Quæ scilicet sententia, si de cœlestis regni retributione remittitur, veritate fulci-

Concilij Trid. antè Trident.

fulcitur, quia cùm de D E O scri-
ptum sit: qui reddet unicuique
secundùm opera eius. Supernā
pietas prius agit in nobis aliquid
sine nobis, ut subsecente quo-
que nostro libero arbitrio, bonū
quod jam appetimus agat nobi-
scum: quod tamen per impen-
sam gratiam extremo in judicio
ita remunerat in nobis, ac si so-
lùm processisset ex nobis. *Id: ib.*
l. 18. c. 24. Hic de semetipso ite-
rùm loquitur (Apostolus) dices:
gratiā DEI sum id quod sum. Ex
hujus nimirum aspiratione gra-
tia, quia virtutū opera protinus
in corde generantur, ut ex libero
quoque arbitrio subsequatur a-
ctio, cui post hanc vitam retri-
butio æterna respondeat, illicò
adjecit: Et gratia e,us in me va-
cua non fuit,

Artic: V. Punctum V.

Cyprianus lib 4: Ep: 6. Arme-
mus & dexteram gladio spiritu-
ali, ut Eucharistiæ memor, qui
Domini corpus accepit, in ipso
Dominum suum complectatur,
postmodum à Domino suo sum-
pturus præmium cœlestium co-
ronarum. O dies ille, qualis &
quantus adveniet! cùm cœperit
populum suum Dominus recen-
sere, & divinæ cognitionis exa-
mine singulorum merita recog-
noscere, mittere in gehennā no-
centes, & persecutores nostros
flammarum pœnalis perpetuo ardo-
re damnare, nobis verò merce-
dem fidei & devotionis exslove-
re. Hæc sit armorum nostrorum
præparatio, cogitatione semper
ac sensibus volvere iniquorum
supplicia & præmia ac merita ju-
storum.

Idem

Concilij Trid. antè Trident.

Idē Cyprianus lib: 3. Ep: 25 An
ego possum tacere, cùm cognoscam, quod ex vobis pars jam
martyrij sui consumatione præcesserit, meritorum suorum corona de Domino receptura, pars
adhuc in carceris claustris demoretur ad meritorum titulos
aptiores tormentorum tarditatem
proficiens, habitura tot mercedes in cœlestibus præmijs, quot
nunc dies numeratur in poenis?
Sæcularis hæc & brevis poena,
quām clara & æterni honoris
mercede mutabitur! Celebratis
modò atque offertis sacrificium
Deo, & pretiosum pariter & glo-
riosum, & plurimum vobis ad
retributiones præmiorum cœle-
stium profuturum. Hoc est e-
nīm quod præcipue Deo pla-

ceat,

Artic. V. Punctum V.

ceat, hoc est; in quo majoribus
meritis ad promerendam D E I
voluntatem opera nostra prove-
niant.

*Idem lib. 3 Epist. 10. Faciant
se dignos, ut in omnibus Domi-
num promerentes, ad cœlestem
coronam laudis suæ consumma-
tione perveniant.*

*Id. serm. 1. de Eleemosyn. Atq;
ut intelligamus hæc omnia D E O
dari, & cùm quisque hæc facit
D E U M promereri, Christus illud
D E I dona appellat.*

*Id. serm. 2. de zel. & liv. Chri-
stiani hominis corona non una
est, quæ tempore persecutionis
percipitur. Habet & pax coro-
nas suas, quibus de varia & mul-
tiplici congreßione victores de
prostrato & subacto adversario
coro-*

Conciliū Trid: antē Trident.
coronamur. Libidinem sube-
gisse continētiæ palma est. Con-
tra iram, contra in'uriā repu-
gnāsse, corona patientiæ est. De-
avaricia triumphus est, pecuniam
spernere. Laus est fidei fiducia
futurorum mundi adversa tol-
rare. Et qui superbus in prospe-
ris non est, gloriā de humilitate
consequitur. Et qui ad paupe-
rum fovendorum misericordiam
pronus est, retributionem the-
sauri cœlestis adipiscitur.

Id. serm: 5. de laps. Oportet
justis operibas incumbere, qui-
bus peccata purgantur, eleëmo-
synis frequenter insistere, quib⁹
à morte animæ liberantur.

Id. serm: 6. de Orat: Dom: Qui
in die Judicij præmium pro o-
peribus & eleëmosynis redditus
rus est,

Artic: V. Punctum V.

rus est, hodie quoque ad orationem cum operatione venienti benignus auditor est. *Ubi recenset historiam exauditi Cornelii & Tobiae, dicens: Citò orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum merita nostri operis imponunt.*

S. August: de grat: & lib: arbitrio c. 6. Redeamus ad Apostolum, videamus quid dicat suam appropinquante passione, scribens ad Thymotheum. *Ego enim iam immolor, inquit, & tempus resolutionis meæ instat: bonum certamen certavi, cursum consumavi, fidem servavi.* Ista utique iam merita sua bona commemorat, ut post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consecutus est gratiam. Denique attendite quid sequa.

Concilij Trid: antè Tridēt.

sequatur: superest, inquit, mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex. Cui redderet coronam justus Judex, si nō donasset gratiam misericors Pater? Et quomodo esset ista corona justitiae, nisi præcessisset gratia, quæ justificat impium? quomodo ista debita redderetur, nisi prius illa gratuita donaretur.

S. Augustinus de grat: & libero arbitr: c. 8. Nascitur inde non parva quæstio, quæ Domino dominante salvenda est. Si enim vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissimè dicit Scriptura, quoniam Deus reddet unicuique secundum opera ejus: quomodo gratia est vita æterna, cum gratia non operibus reddatur,

sed gratia

Artic. V. Punctum V.

sed gratis decur. Ista ergo quæ-
stio, nullo modo mihi videtur
posse dissolvi, nisi intelligamus
& ipsa bona opera nostra, quibus
æterna redditur vita, ad Dei gra-
tiam pertinere. Itaq; charissimi
vita bona nostra nihil aliud est,
quam D E I gratia, sine dubio &
vita æterna, quæ bonæ vitæ red-
ditur Dei gratia est: & ipsa enim
gratis datur, quia gratis data est
illa cui datur. Sed illa cui datur
tantummodo gratia est, hæc au-
tem quæ illi datur, quoniam præ-
mium ejus est gratia est pro gra-
tia tanquam merces pro Justitia,
ut verum sit, quoniam verum est,
quia reddet unicuique Deus se-
cundum opera ejus.

Et c. 9. *ibid* Accipiemus gra-
tiam pro gratia, quando nobis
vita

Conciliij Trid: antè Trident.

vita æterna reddetur. De quo
dixit Apostolus, gratia autē DEI
vita æterna in Christo J E S U Do-
mino nostro: cùm prius dixi-
set, stipendium peccati mors.
Meritò enim stipendium, quia
militiæ diabolicæ mors æterna
tanquam debitum redditur. Ubi
cùm posset dicere & rectè dice-
re, stipendium autem justitiae vi-
ta æterna; maluit dicere, gratia
autem DEI vita æterna: ut hinc
intelligeremus non pro meritis
nostris DEUM nos ad æternā vitā
sed pro sua miseratione perdu-
cere. De quo in Psalmo dicit
homo animæ suæ: qui coronat
te in miseratione & misericor-
diâ. Nunquid non corona bo-
nis operibus redditur? sed quis
ipsa bona opera ille in bonis o-

per.

Artic: V. Punctum V.

peratus; ideo dixit Psalmus, co-
ronat te in miseratione & mis-
ericordia: quia ejus miseratione
bona operamur, quibus corona
reddetur.

S. Augustinus serm. 3. de verb.
Domini. O magna honestas DEI!
cui cum pro conditione reddere
debeamus obsequia, ut pote ser-
vi Domino, famuli DEO subjecti
potenti, mancipia redemptori,
amicitarum nobis præmia re-
promittit, ut a nobis obsequia
debitæ servitutis extorqueat: ut
quos nolle servire cōspicit spon-
te, suorum beneficiorum possit
promissionibus invitare, & quo-
rum voluntates a se compescit
alienas, eorum mentes præmio-
rum liberalitatibus cōstituat suas.

Idem in Psalm: 49. ad illa ver-

ba:

Concilij Trid. antè Trident.

ba: cōggregate illi justos eis. Quos du-
justos, nisi viventes ex fide faci-
entes opera misericordiæ? Etc. be-
nim opera illa, justitiæ opera ha-
sunt. Habet Evangelium, cave. cal-
te justitiam vestram facere co-
ram hominibus ut videamini ab ho-
eis. Et quasi quæreretur, quam tu
justitiam? cùm ergo facis eleëmo-
synam inquit, Ergo Eleëmosy-
nas opera justitiæ esse significat. Sa-

Ec mox: Venite benedicti Pa-
tris mei, percipite. Quid perci-
pite? Regnum. Pro quâ re? Esu-
rivi, & dedistis mihi manducare. Om-
Quid tâm vile, quid tâm terre-
num, quâm frangere panem esu-
rienti? Tanti valet regnum cœ-
lorum. Frange esurienti panem redi-
tuum, & egenū sine tecto, induo per
in domum tuam. Si videris nu-
fide-
dum,

Artic. V. Punctum V.

Quos dum, vesti. Si non habes facul-
tatem frangendi panem, non ha-
bes domum quō inducas, non
habes vestem quā cooperias, da
calicem aquæ frigidæ, mitte duo
minuta in gazophylacium. Re-
i ab gaum D E I tantum valeat, quan-
tum habueris.

Id. S. Augustinus Serm: 38. de
Sanct. Beatus Apostolus cùm
de reddenda ratione in die Ju-
dicij loqueretur, ita pronuncia-
vit, dicens: Oportet nos, inquit,
Omnes stare ante tribunal Chri-
sti, ut referat unusquisque pro-
pria corporis, prout gessit sive
bonum sive malum: & Domi-
nus in Evangelio, tunc inquit,
reddet unicuique secundum o-
pera sua. Non dixit secundum
nudem suam; sed unicuique se-
cundum

Concilij Trid: antè Trident:
cūndūm opera tua: quia sicut
jam suprà dictum est. Jacobus
Apostolus clamat, fides sine o-
peribus mortua est. Nos ergo
Fratres charissimi, si & pœnam
evadere & ad æternam beatitu-
dinem volumus pervenire, non
solùm credamus in DEUM, sed e-
tiam toto corde diligamus, &
quantum possimus, ipso adju-
vante, bona opera facere stude-
amus, ut cùm ipso auxiliante, se-
cerimus quæ præcepit, merita-
mur recipere quæ promittit.

Id: Enchirid: ad Laurent: c. 100.
Vita æterna certa merces est bo-
norum operum.

Id. l. i. de morib. Eccl. Vita æ-
terna est totum præmium, cuju-
s promissione gaudemus: ne
præmium potest præcedere me-
ritam.

Artic: V. Punctum V.

rita, & prius homini dari quam
dignus est. Quid enim hoc inju-
stius & quid justius Deo? Non
ergo debemus poscere præmiū
antequam mereamur accipere.

Tertull: advers. Gnostic. Quo-
modo multæ mansiones apud
Patrem, si non pro varietate me-
ritorum? quomodo & stella à
stella distabit in gloriâ, nisi pro
diversitate radiorum.

Lactantius div: inst: l. 6. c. 13.
Si deorū cultores simulacra in-
sensibilia excolunt, & quicquid
pretiosi habent, in ea conferunt,
quibus nec uti possunt, nec gra-
tias agere, quod acceperint:
quantò justius est & verius, vi-
ventia Dei simulacra excolere,
& promereri invenire viventem.
Quod, sicut usui habent, quic-

I a.

quid

Concilij Trid: antè Trident.
quid acceperint, & gratias agunt;
ita D E'u s in cūjus conspectu bo-
num fecerit, & probabit & mer-
cedem pietatis exolvet.

Gregorius lib: 4 moral: cap. 42.
Quia in hac vita nobis est dis-
tinctio operum, erit in illa procul-
dubio discretio dignitatum: ut
quod hīc aliis alium merito supe-
rat, illic aliis alium retributione
transcendat,

Id. Gregorius M. in Psal: 7. Pa-
nitēt. Qui mundi hujus divitias
fallaces esse agnoverit, & amore
cœlestium contépserit terrena;
meditatur in operib⁹ bonis, quæ
vitâ hac transeunte permanent,
& aeternæ vitæ præmia ferunt.
Neq; enim tempore utiliter vi-
vitur, nisi ad comparandum me-
rum, quo in aeternitate vivatur.

Artic.

Artic. V. Punctum VI.

Articuli Quinti,
Punctum Sextum.

Observationem mandatorum DEI homini justificato, & sub gratia constituto esse ad salutem necessariam, & non impossibilem.

Verba Concilij, Sess. 6 c. 19.

Si quis dixerit DEI precepta homini etiā iustificato & sub gratia constituto, esse ad observandū impossibilia, anathema sit.

O Rigenes homilia 9. in Iosue.

Quancæ ex mulierū sexu apud DEUM in viris fortibus numerantur? & quanti ex viris inter remissas & languidas mulieres reputantur? At non tibi vi-

Concilij Trid: antè Trident.
detur inter mulieres existimādu-
ille vir, qui dicit, non possum
observare quæ scripta sunt: ven-
dere quæ habeo & dare pauperi-
bus non possum, percutiēci ma-
xillam præbere alteram non pos-
sum, maledicentem benedicere
non possum, blasphematus de-
precari non possum, persecutio-
nem pati & sustinere non pos-
sum: cætera similia, quæ man-
dantur, qui dicit implere non
possum, quid tibi videtur aliud
quæm inter mulieres, quæ nihil
virile possunt, esse numerandus?

Atthanasius de virgin. serv. In-
tende unicuique præcepto, & id
quod jubetur præsta. Si enim
ista serves, digna habeberis co-
lesti chalamo: Ne dixeris in cor-
de tuo: at quonam ista modo
præsta

Artic. V. Punctum VI.

præstare potero? Ne pavorem
concipiat mens tua, sed cum o-
mni alacritate servabis ea. Si-
quidem timentibus Dominum,
præcepta Domini difficilia non
sunt.

*Basilius Magnus in reg. brevior.
resp. 176.* Nos quoque ad idem
faciendum hortatur Paulus cùm
dicit: Estote imitatores DEI, si-
cut filij charissimi, & ambulate
in dilectione &c. sine dubio au-
tem nō præcepisset hoc, qui bo-
nus ac justus est, nisi etiam facul-
tatem, quâ id faceremus, fuisset
largitus.

*Id. bomil: in illa verba Moy-
sis: attende tibi ipse: impium est
asserere præcepta Spiritus sancti
impossibilia esse observatu.*

S. Chrysost. bomil: 27. in Genes.

Concilij Trid: ante Trident.
Vides quām nihil molestum ha-
beant leges Dei? quomodo le-
via & facilia mandata? quomo-
do nihil graves neque onerosum
requirit à natura nostra.

Idē de cōpunct: cord: l. 1. Hoc
est contēdere adversus eum, qui
præcepta dedit, & bellum legibl
eius inferre: quia & reverā ipse
pronunciavit de præceptis suis,
quod nihil in eis laboriosum sic
& nihil onerosū, dicens: jugum
enim meum suave est, & onus
meum, leve. Et nos ē con-
trario gravia efficiamus, quia ille
levia constituit: & quæ ille sva-
via posuit, nos facimus a mala
peccando.

Id. homil. 18. in Matth. Ne im-
possibilia putem⁹ esse præcepta,
quæ certè & utilia nobis sunt, &
valde

Artic: **P. Punctum VI.**

valdè facilia, si advigilemus.

Id. hom. 2. in 1. ad Corint. Präcepta Dei adeò facilia sunt, adeò levia, ut multi propter Philosophiæ abundantiam, ea excesserint.

Id. homil: 9. in eand. Si iussisset quidem gravia & quæ non possent fieri, posset fortasse proferre quispiam legum difficultatem. Quod si valdè convenientia sunt, quid dicere possumus, cur nullā horum rationē habemus? Non potes jejunare, neq; virginitatem servare? atqui potes, modò velis: & qui possunt nos arguunt. Nec tamen adeò severus & rigidus fuit in nos Deus, neq; hæc iussit, neque lege constituit; sed reliquit in libero arbitrio, & electione auditorum. Certè potes in matrimonio continentiam ser-

Conciliū Trid: antē Trident.
vare, potes non inebriari. Non
potes omnes abijcere pecunias
atqui posse te ostendunt alij, qui
hoc non gravatim fecerunt. Sed
tamen ne hoc quidem jussit. Sed
jussit non rapere, & ex facultati-
bus egenis opem ferre. Si quis
autem dicat, quod nec uxore soli
potest esse contentus, seipsum
decipit & fallit, & eos accusant,
qui absque uxore sunt continen-
tes. Quid verò dic quæso, non
potes non probra & maledicta
appetere? non execrari non po-
tes? verum id facere grave est,
non abstinere. Quam ergo ha-
bemus excusationem, quæ sunt
adeò levia & facilia nō servantes?
Nullam sanè. Similia vid. Ser: 2.
in Epist. ad Philipp. in morali di-
gressione.

Idem

Artic: V. Punctum VI.

Idē S. Chrysost: homil: 8. de Pænitentiā. Quid igitur impossibilia mandat nobis Deus? non, inquam obmutesce, neq; Domino suceenseas. Non enim hic responsi modus, sed peccati aditamentū priori pejus. Nequam igitur Dominum accusas, haud mandat impossibilia. Multi etiam ipsa superant præcepta. Ergo si impossibilia fuissent, minus suā sponte superāssent. Ecce postea: Hæc à me omnia non in vacuum dicta sunt, sed divinæ legis gratiā, ut ostendam gravem non esse, nō esse onerosam, non laboriosam, neq; impossibilem.

Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioann. c. 4. Si servare mandata diligere est: non servasse mandata odiisse necessariò est. Signū

Concilij Trid: ante Trident.
enim non diligendi est mandata
parvipendere, & præcepta quasi
injuriam inferant, contemnere.
Quemadmodum igitur in serva-
tibus mandata Filius cum Patre
habitat, **eadē certè modo** à noi
servantibus devolat.

*Cyprianus sive author Serm. de
baptism: Christi.* Neque lex tua
scripta à lege naturali in aliquo
dissont, sed reprobatio mali &
electio boni sic animæ rationali
infixa sunt divinitus, ut de hoc
nemo rectè causetur: quia nulli
ad harum rerum prosecutionem
deest scientia sive potentia: quia
& quod agendum est scimus, &
quod scimus facere possumus.
**Quod si impossibilia essent præ-
cepta tua, vel tantis difficultatib⁹
onerata, vel voluntas tua sic ab-
dita**

Artic V. Punctum VI.

dita, ut non posset intelligi, quid
à nobis tua expeteret altitudo, li-
cer invitus nemo peccet; posset
tamē ex multis excusare delictū,
nisi nobis & moderatio mandati,
& veritatis cognitio, & agendo-
rum distinctio autoritate cognos-
cibili providissent, & simul se
complectarentur possiblitas &
facilitas, scientia & potestas.

Præcipis mihi Domine Deus, ut
diligan̄ te: hoc & possum & de-
beo: & totum me, & interius ti-
bi jubes esse obnoxium; & de
proximo jubes, ut ad meam eum
mensuram complectar. Gratias
ago tibi clementissime Deus,
quia quod queris à me, prius
ipse donasti.

Hilarius ad Psalm 118. Lamed.
Latum igitur mandatum DEI est,
& in

Conciliū Trid: antē Trident.

& in omnia spei nostræ genera
diffunditur, ut non difficile sit, si
voluntas adsit, præcepto Dei ob-
temperare: cùm latum & diffu-
sum sit ad placendum officiosæ
religionis varietate. Neque so-
lùm latum, sed vehementer latū:
latitudinis infinitate hâc ipsa su-
perlativi adjectione monstratā.

S, Hieronijmus ad cap. 5, Matth.
Multi præcepta D E I imbecillita-
te suâ, non Sanctorū virib⁹ asti-
mantes, putant esse impossibilia
quæ præcepta sunt, & dicunt
sufficere virtutibus non odiſſe
inimicos: cæterum diligere plus
percipi, quàm humana natura
patiatur. Sciendū est ergo Chri-
stum non impossibilia percipe-
re, sed perfecta; quæ fecit David
in Saul & Absolon: Stephanus
quoque

Artic: V. Punctum VI.

quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecat⁹ est, & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis.

Idem lib. 3. advers. Pelagian. c. 1. Critob. Frustra ergo datur præcepta, si ea implere non possumus. *Atticus*: Deus possibilia mandavit, hoc nulli dubium est: sed quia homines possibilia non faciunt, idcirco omnis mundus subditus est Deo, & indiget misericordia ejus.

August: l. d. natura & grat. c. 43
Non Deus impossibilia jubet, sed jubendo admonet & facere quod possis, & petere quod non possis.

Idem cap. 69. Valde bona sunt præcepta, si legitimè his utamur. Eo quippe ipso, quo firmissimè

credi-

Concilij Trid: antè Trident.
creditur, Deum justum & bo-
num impossibilia non potuisse
præcipere, hinc admonemur, &
in facilibus quid agamus, & in
difficilib' quid petamus. Omnia
quippe sunt facilia charitati, cui
uni Christi sarcina levis est. Se-
cundum hoc dictum est: & præ-
cepta ejus gravia non sunt, ut cui
gravia sunt, consideret non po-
tuisse divinitus dici gravia non
sunt, nisi quia potest esse cordis
affectus, cui gravia non sunt, &
petat quo destituitur, ut imple-
at quod jubetur. Et quod dici-
tur ad Istraël in Deuteronomio,
si piè, si sanctè, si spiritualiter intel-
ligatur, hoc idē significat: quia
utique cùm hoc testimonium
coñemorâsse Apostolus: Pro-
pè est verbum in ore tuo, & in
corde

Artic: V. Punctum VI.

corde tuo: quod hic habet, in
manib⁹ tuis: in corde enim sunt
spirituales manus. Hoc est, inquit,
verbum fidei quod prædicam⁹.
Conversus ergo quisq; , sicut ibi
præcipitur, ad Dominum Deum
suum ex toto corde suo, & ex to-
ta anima sua, mandatum DEI nō
habebit grave. Quomodo est
enim grave, cùm sit dilectionis
mandatum? aut enim quisque
non diligit, & ideo grave est, aut
diligit & grave esse non potest.

Idem d. peccat merit et remiss. l.
2. cap. 6. Si à me queratur utrum
homo sine peccato possit esse in
hac vita, confitebor posse per
DEI gratiam, & liberum ejus
arbitrium. His atq; hujusmo-
di alijs innumeralibus testimo-
nijs dubitare non possum, nec
Deum

Concilij Trid: antē Trident.

DEUM aliquid impossibile homi-
ni præcepisse, nec D E O ad epi-
tulandum & adjuvandum, quo-
fiat quod jubet, impossibile ali-
quid esse, ac per hoc potest ho-
mo si velit, esse sine peccato, ad-
jutus à D E O.

Serm. 61. d. Temp. Sed dicet a-
liquis: nullâ ratione possum ini-
micos meos diligere. In omni-
bus Scripturis D E U S tibi dicit,
quia potes'. Tu econtrariò re-
spondes, non posse. Considera
nunc, utrum tibi, an D E O debe-
at credi. Et ideo quia veritas
mentiri nō potest, jam vanas ex-
cusationes suas relinquat huma-
na fragilitas: quia nee impossi-
bile aliquid potuit imperare, qui
justus est: nec damnaturus est
hominem pro eo, quod non po-
tuit

Artic: V. Punctum VI-
tuit vitare, quia pius est.

Serm. 191. d. temp. Execramur
etiam blasphemiam eorum, qui
dicunt impossibile aliquid ho-
mini à D E O esse præceptum, &
mandata D E I non à singulis, sed
ab omnibus in communi posse
servari.

*Idem iisdem verbis dicit S. Hie-
ronymus in explanatione Sym-
boli ad Damasum.*

Concilium 2. Aurasicanum c. 25.
Hoc etiam secundum Fidem Ca-
tholicam credimus, quod acce-
ptâ per baptismum gratiâ omnes
baptizati, Christo auxiliante &
cooperante, quæ ad salutem per-
tinent, possint & debeant, si fi-
deliter laborare velint, adim-
plere.

Arti-

Conciliū Trid: antē Tridēt.

Articulus Sextus.

Missam esse Sacrificium.

Verba Conciliij,

Profiteor pariter, in Missa offerri DEO verum, propriū & propitiatorium Sacrificium, pro vivis & defunctis.

Liturgiæ omnium gentium, omnes in hoc conveniunt, & ab ipso Lutherano Drejero Professore Regiomontano, in testimonium veritatis adducuntur. Nos pauca sequentia testimonia adiicimus.

Liturg: S. Petri Apostoli. Tua ex eius offerimus venerandæ Majestati tuæ, de donis eius & charismatibus, Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculata-

Articulus VI.

culatam, Panem sanctum vitæ æternæ, & Calicem salutis perpetuæ.

*Liturg. S. Matth. Apostoli, Car-
bon appellata, i. e. Oblatio:* Fiat
Sacrificium ardens & acceptabile
medela & salus animæ & corpo-
ri nostro.

Liturg. S. Iacob. Minor. Qui
concessisti ut confidentes acce-
deremus ad Sanctum altare tuum
& offerremus tibi verendum hoc
et incruentum Sacrificium pro
nostris peccatis et ignorantias po-
puli. Placeat tibi Domine ut mi-
nistri simus cui novi testamenti
sacrificii immaculorum tuo-
rum mysteriorum. Da ut tibi cum
omni metu ac pura conscientia
hoc sacrificium spiritale atque in-
cruentum offeramus.

Missæ S. Marsi, Offerimus rati-
onabi-

Concilij Trid: antè Trident.
nabilem & incruentam λατρεια
seu oblationem hanc , quam of-
ferunt tibi Domine omnes gen-
tes ab ortu solis usq; ad occasum
à septemtrione ad meridiem :
quia magnum nomen tuum in
omnibus gentibus & in omni
loco incensum offertur nomini
sancto tuo , & sacrificium & o-
blatio.

Lyturgia S. Chrysostom. Prop-
ter inenarrabilē & infinitā tuam
benignitatem homo factus es &
noster Pontifex appellatus , &
hujus solennis & incruenti sacri-
ficij consecrationem nobis tradi-
disti. Et me fac idoneum virtute
Sancti tui Spiritūs, ut huic sanctæ
mensæ tuæ assistam , & tuum
Sanctum & immaculatum cor-
pus & pretiosum sanguinē con-
secrem.

Idem

Articulus VI.

Id, ibid. Domine Deus noster &c. corroborata me ad propositū ministerium tuum, ut inculpabiliter assistens tremendo altari tuo, incruentum sacrificium perficiam.

S. Basilius in sua Liturgia. Qui homo factus & Pontifex noster appellatus es hujus ministratorij & incruenti sacrificii consecrationem nobis tradidisti, ut Dominus omnium. Respice in me, ut Sacerdotij gratia indutus, huic sanctæ mensæ adfistam, & sanctum & impollutum corpus tuum & sanguinem pretiosum consecrem.

Id. Ibid. Suscipe nos propinquates sancto altari tuo secundū multitudinem misericordiæ tuæ ut siamus digni offerre tibi ratio-

nabij

Conciliij Trid: ante Tridet.
nabile istud & incruncum sacri- qu
ficium pro nostris peccatis & po- ce
puli ignorantia.

S. *Martialis Christi discipulus* Ep
Epist. ad Burdegal. Quod (cor- Sa
pus Christi) Judæi per invidiam nil
immolaverunt, putantes se no- le
men ejus à terrâ abolere, nos
causâ salutis nostræ in arâ sancti- sic
ficata proponimus, scientes hoc cu
solo remedio nobis vitam præ- tu
standam, & mortem effugan- pu
dam. Hoc enim ipse Dominus pa
noster jussit nos agere in sui mi
memorationem.

S. *Clemens Pontifex Rom.* lib 6.
constitut. Apost. c. 23. scribit Chri- off
stum dedisse nobis pro sacrificio pa
cruento rationale & incruentum pe
atq; illud mysticum Sacrificium cri
Corporis & Sangvinis Domini, del
quod au

Articulus VI.

acri- quod in symbolum mortis ejus
z po. celebratur.

S. Alexander I. Pontifex Roman.
Epist: 1. ad omnes arthodoxos. In
Sacramentorum quoq; oblatio-
nibus, quæ inter missarum so-
lennia Domino offeruntur, pas-
sio Domini miscenda est, ut ejus,
cujus corpus & sanguis confici-
tur, passio celebretur ita, ut re-
pulsis opinionibus superstitionū
panis tantum & vinum aquā per-
mixtum in Sacrificio offerantur.
Ipsa verò veritas nos instruit, ca-
licem & panem in Sacramento
offerre quando ait: accepit Jesus
panem: Crimina enim atque
peccata, oblatis his Domino sa-
cificijs delentur. Talibus hostijs
delectabitur & placabitur Domi-
nus, & peccata dimittet ingentia.

K

Nihil

Concilij Trid: antē Trident.

Nihil enim in sacrificijs mājus
esse potest, quām corpus & san-
gvis Christi.

Justinus in dialogo cum Trypho-
ne. De Sacrificijs à vobis Ju-
dæis tūm oblati Deus per Mala-
chiam ait: Non est voluntas
mea in vobis, dicit Dominus, &
sacrificia vestra non suscipiam de
manib⁹ vestris: propterea quod
ab ortu solis usque ad occasum,
nomen meum glorificatum est
in gentibus, & in omni loco in-
censum offertur nomini meo &
victima pura: quia magnum est
nomen meum in gentibus; dicit
Dominus. vos autem profanatis
illud. De nostris verò gentium,
quæ in omni loco offeruntur, sa-
cificijs, h. e. pane Eucharistia &
poculo similiter Eucharistia, jam

111

Articulus VI.

tum locutus prædixit, nos qui-
dem glorificare nomen ejus, vos
autem profanare.

Idē ibid: A nemine sanè Deus
hostias accipit, nisi à Sacerdoti-
bus suis. universos igitur qui per
nomen ipsius sacrificia offerunt,
quæ J E S U S Christus fieri tradi-
dit, hoc est, in Eucharistia panis
& ealicis, quæ in loco omni à
Christianis fiunt, prævertēs Deus
gratos sibi esse testificatur.

Irenæus lib. 4. cap. 32. Sed &
suis Discipulis dans consiliū, pri-
mitias D E O offerre ex suis crea-
turis, non quasi indigenti, sed ut
ipfi nec in fructuosi, nec ingrati
sint, eum, qui ex creatura panis
est, accepit, & gratias egit, dicēs:
Hoc est Corpus meum. Et Cali-
cem similiter, qui est ex ea crea-

Concilij Trid: antè Trident.
surâ, quæ est secundum nos, suum
sangvinem confessus est, & novi
testamenti, novam docuit obla-
tionem, quam Ecclesia ab Apo-
stolis accipiēs, in universo mun-
do offert Deo &c. ubi quoque
modò citatum locum *Malachi*:
citat, & de Sacrificio Christia-
norum explicat.

Idem ibid: c. 34 Ecclesiæ O-
blatio, quam Dominus docuit
offerri in universo mundo, pu-
rum Sacrificium reputatum est
apud Deum, & acceptum est ei.

Hippolytus de consummat. mundi
& *Antichr.* Lugebunt Ecclesiæ
Iuctum magnum, quia nec obla-
tio nec suffitius fieri, nec cultus
Deo gratus: sed Ecclesiarū ædes
sacræ tugurij instar erunt, pre-
iosumq; corpus & sanguis Chri-
sti nos

Articulus VI.

Si non exstabit in diebus illis
Liturgia extingvetur, psalmorū
decantatio cessabit, scriptura-
rum recitatio non audietur, tunc
dicet his, qui à dextris erunt:
venite benedicti, venite pontifi-
ces, qui purè mihi sacrificium
die nocte q; obtulisti, preciosum
corpus & sanguinem meum im-
molasti quotidie.

Origenes l. 8. contr. Cels. c. 3.
Rogantes ut ipse qui est propiti-
ator pro peccatis nostris digne-
tur tanquam Pontifex preces no-
stras & sacrificia & intercessiones
offerre D E O optimo maximo.

Eusebius Cæsarensis d. demonstr.
Evangeli. à l. 1. c. 10. Post omnia
quasi miraculēm quandam vieti-
mam sacrificiūm q; eximium pa-
tri suo operatus, pro nostra om-

Concilij Trid. antè Trident.

rium salute obtulit, ejusq; re-
memoriam, ut nos ipsi Deo pro-
sacrificio offeremus, iusticuit.
Et post: palam igitur in his si-
gnificat mysticam unctionem, &
horrorem afferentia mensæ. Chri-
sti sacrificia, quibus operantes,
incruentas, & rationales, eique
svaves victimas, in tota vica su-
premo Deo offerre, per eminen-
tissimum omnium ipsius Ponti-
ficem edocti sumus.

Idem Orat. de laud. Constantini.

Quis alius, solo Servatore nostro
excepto, sacrificia rationalia san-
gvinisque expertia, precibus &
arcana quâdam divinæ laudis ce-
lebrandæ ratione suis Discipulis
obeunda tradidit? Quâ de cau-
sa tūm altaria in toto orbe terra-
rum constructa sunt, tūm augu-

ft. x. f. 107.

Articulus VI.

Itæ sanctæque Ecclesiæ ædificatæ,
tum divina sacrificiorū solâ men-
te & oratione perceptorum mi-
nisteria soli D E O destinata.

Amphilechius in vita S. Basili:
Quadam nocte astantis ei Domin⁹
in visu cum Apostolis proposi-
tionem, panis faciens in sancto
altari, erexit Basilium, dicens ei:
Secundūm petitionem tuam re-
pleatur os tuum laude, ut per
propria verba tua incruentum
offeras D E O sacrificium.

Cyrillus Hierosolymit. Catech. 5.
Deinde verò postquam confessū
est illud spirituale sacrificium, &
ille cultus ineruentus, super ipsā
propitiationis hostiā, obsecram⁹
Deum pro comuni Ecclesiarum
pace, pro tranquillitate mundi,
pro ægrotis, pro afflictis, & in-

Conciliij Trid: antè Trident:
summa pro his omnibus, qui
gent auxilio. Rogamus te, in
quam, nos omnes, & hoc Sacri
ficium tibi offerimus, ut memi
nerimus etiam eorum, qui ante
nos obdormierūt. Primum Pa
triarcharum, Prophetarum, Apo
stolorum, Martyrum, Confesso
rum, ut Deus orationibus illo
rum & deprecationibus suscipiat
preces nostras. Deinde pro de
functis sanctis Patribus & Episco
scopis, deniq; pro omnibus, qui
inter nos vitâ functi sunt, maxi
mum credentes esse animarum
juvamen, pro quibus offertur
precatio sancti illius & tremendi
quod in altari posicu[m] est, sa
crificij.

S. Gregorius Nazianz. Orat. 48.
qua[re] est 2, invictiva in Julianum.

Non

Articulus VI.

Non jam in sacras nostras ædes
pravos oculos injiciens: non jam
altaria à purissimo & incruento
sacrificio nomen habentia scele-
sto sanguine contaminabūt: nec
loca nō adeunda per impia alta-
ria probro ac dedecore afficiant.

Idem S. Nazianzenus Orat. 47.

Manūsq; suas profanat, ut nūmī-
rum eas ab incruento illo sacri-
ficio, per quod nos Christo ipsiūs-
que passionib⁹ & divinitati com-
municamus, elueret ac repurga-
ret.

*Gregorius Nyssenus Orat. 1. de re-
surrect. Christi.* Ineffabili Arca-
nōq; & qui ab hominibus cerni
nequit sacrificij modo suā dispo-
sitione, & administratione præ-
occupat imperium violentum, ac
seipsum pro nobis hostiā offert,

Conciliij Trid: antē Trident.
& victimam immolat, Sacerdos
simul existens & agnus D E I ille,
qui mundi peccatū tollit. Quan-
do id præstítit? cùm suum cor-
pus ad comedendum, & sangu-
inem suum bibendum familiari-
bus præbuit. Qui igitur dedit
Discipulis suis Corpus suum ad
comedendum apertè declaravit,
jam perfectam & absolutam fa-
ctam esse immolationem. Nam
victimæ corpus non est ad eden-
dum idoneum, si animatum sit.
Quare cùm corpus edendum, &
sanguinem bibendum Discipulis
exhibuit, jam arcana & non af-
fectabili ratione corpus erat im-
molatum.

Tertullianus ad Scapul. c. 2. Sa-
crificamus pro salute Imperato-
ris, sed Deo nostro & ipsius.

Cypri

Articulus VI.

Cyprian. l. 3. Ep. 25. Illic sacerdotibus DEi nunc facultas non datur offérendi & celebrandi sacrificia divina.

Ambrosius l. 1. offic. c. 41. Quo progrederis, inquit (S. Laurentius) ad Sextum sinè filio Pater? quo Sacerdos sancte sinè Diacono properas? nunquam sinè ministro Sacrificium offerre conserveras. *Idem Ep. 85.* Quia ipse Martyr esse nequeo, hos vobis Martyres acquisivi. Succedant victimæ triumphales in locum, ubi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est: Isti sub altari, qui illius redempti sunt passione. Hunc ego locum prædestinaveram mihi. Dignum est enim, ut ibi requiescat Sacerdos, ubi offerre

Concilij Trid: antē Trident:
consuevit. Sed cedo sacris vieti-
mis,

Hieronymus contr. vigilantium.
3. Malè facit ergo Romanus E-
piscopus, qui super mortuorum
hominum Petri & Pauli secun-
dum nos ossa veneranda, se-
cundum tē vilem pulvisculum,
offert Domino Sacrificia, & cu-
mulos eorum Christi arbitrator
altaria: & non solum unius ur-
bis, sed totius orbis errant Epis-
copi, qui cauponem vigilantium
contemnentes, ingrediuntur ba-
silicas mortuorum. *Id, l. 3. c. 5,*
aduers. Pelagian. Sic docuit Chri-
stus Apostolos suos ut quotidie
in corporis illius sacrificio cre-
dentes audeant loqui; Pater no-
ster &c.

August. Ep. 23. ad Bonif. Non-
ne sc̄.

Articulus VI.

ne semel immolatus est Christus
in se ipso, & tamen in Sacramen-
to non solùm per omnes Paschæ
solemnitates, sed omni die po-
polis immolatur? Nec utiq; mē-
titur, qui interrogatus eum re-
sponderit immolari. Si enim Sa-
cramenta quandam similitudinē
earum rerum, quarum Sacramen-
ta sunt, non haberent, omnino
Sacramenta non essent.

Idem l. 83. quest. c. 61. Ipse
est Sacerdos noster in æternum
secundùm ordinem Melchise-
dech, qui se ipsum obtulit ho-
locaustum pro peccatis nostris,
& ejus sacrificij similitudinem
celebrādam in suæ passionis me-
moriā commendavit: ut illud
quod Melchisedech obtulit DEO,
jam per totum orbem terrarum
in Christo

Concilij Trid. antè Trident.

in Christi Ecclesia videamus of-
ferri. *Idem dicit l. 16. d. civ. DEi*
c. 22. Quod non tædet ad scri-
bere: sed plane tunc benedictus
est (Abraham) à Melchisedec,
qui erat Sacerdos Dei excelsi: de
quo in Epistola quæ inscribitur
ad Hebræos, quam plures Apos-
toli Pauli esse dicunt, quidam
verò negant, multa & magna
conscripta sunt. Ibi quippe pri-
mum apparuit Sacrificium, quod
nunc à Christianis offertur DEo
toto orbis terrarum, impleturq;
illud quod longè post hoc factū
per Prophetam dicitur ad Chri-
stum, qui fuerat venturus in car-
nem: tu es Sacerdos in æternum
secundum ordinem Melchise-
dec. Non scilicet secundum or-
dinem Aaron: qui ordo fuerat

auffe-

Pauli mi

*

Articulus VI.

aufferendus illuc et centibus rebus
quæ illis umbris prænotabantur.
Id. d. civ. Dei l. l. c. 20. Unde ve-
rus ille mediator effectus est Dei
& hominum homo Christus IE-
sus, cùm in forma DEI sacrifici-
um cum Patre sumat, cum quo
& unus Deus est: tamen in for-
ma servi sacrificium maluit esse
quàm sumere, ne vel hac occasi-
one quisquam existimaret, cuili-
bet sacrificandum esse creaturæ.
per hoc et Sacerdos est & offe-
rens ipse & oblatio. Cujus rei Sa-
cramentum quotidianū esse vo-
luit Ecclesiæ Sacrificium: cùm
ipsius corporis ipse sit caput, &
ipsius capitis ipsa sit corpus, ipsa
per ipsum quàm ipse per ipsam
suetus offerri. Hujus verò sacri-
ficij multiplicia variāq; signa e-
tant

Conciliū Trid: antē Trident:

ancē Sacrificia prisca Sanctorum
cūm hoc unum per multa figu-
raretur, tanquam verbis multis
res una diceretur ut sine fastidio
multum commendaretur. Huic
summo verōq; Sacrificio cuncta
Sacrificia falsa cesserunt.

Idem ibid. l. 22. c. 10. Nos Mar-
tyribus nostris non templa sicut
Dijs, sed memorias sicut homi-
nibus mortuis, quorum apud
DEum vivunt Spiritus, fabrica-
mus, nec ibi erigimus altaria, in
quibus sacrificemus Martyribus
sed uni DEo & Martyrum & no-
strum Sacrificium immolamus.
Ad quod Sacrificium, sicut ho-
mines DEi qui mundum in ejus
confessione vicerunt, suo loco
& ordine dominantur, non ra-
men à Sacerdote qui sacrificant

invo-

Articulus VI.

invocantur: DEo quippe, non
ipsis sacrificat, quamvis in me-
moria sacrificet eorum: quia Dei
Sacerdos, non illorum. Ipsum
verò Sacrificium corpus est Chri-
sti quod non offertur ipsis, quia
hoc sunt & ipsis.

Vide quoq; eundem conc. 1. in ps.
33. Ubi similiter sicut in antece-
dentibus Sacrificium Melchise-
dechi de sacrificio Christi expli-
cat, dicens: Nondum erat Sa-
crificium corporis & sanguinis
Domini quod fideles norunt, &
qui Evangelium legerunt, quod
Sacrificium nunc diffusum, est
toto orbe terrarum.

S. Augustinus Ep. 120. c. 24. Vo-
ta sua, Sacrificium vult intelligi
corporis sui quod est fidelium
Sacramentum.

Idem

Conciliij Trid: antè Tridēt.

Idem l. 22. d. civit. Det c. 10. U.
ni DEo & Martyrum & nostro
Sacrificium immolamus. Ip-
sum verò Sacrificium Corpus est
Christi.

Vide eund. S. August. l. 20. contr.
Faustin. c. 21. Ubi dicit, quod fre-
quentissimè DEO sacrificemus
illo rito, quo sibi sacrificari novi
testamenti manifestatione præ-
cepit.

S. August. concione 1. in Psal. 33.
Erat autem, ut nostis, sacrificiū
Iudæorum antea secundūm or-
dinem Aaron in victimis peco-
rum, & hoc in mysterio. Non-
dum erat sacrificium corporis &
sanguinis Domini, quod fideles
nōrunt, & qui Evangelium lege-
runt: quod sacrificiū nunc dif-
fusum est toto orbe terrarū. Pro-
poni.

Articulus VI.

ponite ergo vobis ante oculos
duo Sacrificia, & illud secundum
ordinem Aaron, & hoc secundum
ordinem Melchisedech. Scriptum
est enim: Juravit Dominus &
non poenitebit eum, tu es Sacer-
dos in aeternum secundum ordi-
nem Melchisedech. Sublatum
est enim Sacrificium Aaron., &
capit esse Sacrificium secundum
ordinem Melchisedech.

*Idem l. 18. de Civit. Dei c. 35. de
Propheta Malachia loquens: Hoc
Sacrificium per sacerdotium Christi
secundum ordinem Melchi-
sedech, cum in omni loco, a so-
lis ortu usque ad occasum, Deo
jam videamus offerri: Sacrificium
autem Judaeorum, quibus di-
ctum est; non est mihi voluntas
in vobis, nec accipiam de mani-
bus vco-*

Concilij Trid. antē Trident.
bus vestris munus, cessasse, ne-
gare non possint, quid adhuc ex-
pectant alium Christum, cūm
hoc quod prophetatū est legunt,
& impletum vident, impleri nō
potuerit, nisi per ipsum.

Idem Manual. cap. II. Pulcher.
time Iesu Christe, rogo te per
illam sacratissimam effusionem
preciosi sanguinis tui, quo re-
dempti sumus, da mihi cordis
contritionem, &c: tu nō sacris
Altaribus licet indignus assisto,
cupiens tibi offerre illud mira-
bile & cœleste Sacrificium omni
reverentiâ & devotione dignum,
quod tu Domine Deus meus Sa-
cerdos immaculatus instituisti &
offerre præcepisti in commemo-
rationem tuæ Charitatis, Mortis
scilicet & Passionis, pro salute
nostra,

Articulus VI.

nostrâ, pro quotidianâ nostræ
fragilitatis reparatione.

Idem lib: 22. de Civit. Dei c. 8.
Ubi recenset, quod Hesperij Do-
mus spiritibus malignis fuisset
vexata, inquit: Perrexit unus ex
nostris Presbyteris,) obculit ibi
Sacrificium Corporis Christi, o-
rans quantum potuit, ut cessaret
illa vexatio. Deo protinus mise-
rante, cessavit.

S. Chrysost. bomil: 21. ad popul.
Antioch. Sis gratus erga benefa-
ctorem tuum optimâ conversa-
tione, & sacrificij magnitudinem
cogitâs, orna corporis tui mem-
bra.

Idem in Psalm. 95. de verb. Pro-
phetiae Malachia loquens: Vide
quâm luculenter, quâmq; dilu-
cidè, mysticam interpretatus est
men-

Conciliū Trid. antē Trident. mensam, quæ est incruenta hostia. Thymiamā verò purum appellat, sacras preces quæ post hostiam offeruntur. Vides ubi eunque concessum est Angelicū illud Sacrificium in clarescere? vides nullis finibus circumscriptum, neque altare neque canticum? in omni loco Thymiamā offertur nomini meo. Est igitur hostia pura, prima quidem mystica mensa, cœleste summéque venerandum Sacrificium.

Idem S. Chrysostom: Serm: 3. in Ep: ad Epbes. Quemadmodū ad mensam accubente hero, non licet ijs qui illū offenderūt, inter ministros adesse: ita & hoc loco dūm offertur Oblatio, dūm Christus atque Agnus ille Dominicus immolatur. *Idem habet bonili*

Articulus VI.

homil. 61. ad Populum Antiochen.

Item homil 2dâ in Ep. 2 ad Ti-
moth. Sacra ipsa Oblatio, sive il-
lam Petrus, sive Paulus, sive cu-
jusvis meriti Sacerdos offerat, ea-
dem est, quam dedit Christus i-
pse Discipulis suis, quamq; Sa-
cerdotes modò quoque confici-
unt. Nihil habet ista quâm illa
minus. Cur id? quia non hanc
sanctificât homines sed Christus,
qui illâ ante sacra verar. Quem-
admodùm enim verba quæ lo-
cutes est Christus, eadem sunt,
quæ Sacerdotes nunc quoque
pronuntiant. ita & Oblatio ea-
dem est.

Item homil. 17 in Ep. ad Hebr.
Una est Hostia non multæ. quo-
modo una est & nō multæ? Quia
semel oblata est in Sancta San-
ctorum.

Concilij Trid. antè Trident.

ctorum. Hoc autem Sacrificium
exemplar est illius. id ipsum sem-
per offerimus. Nec nunc qui-
dem alium Agnum, crastinâ a-
lium: sed semper eundē ipsum.
Proinde unum est hoc Sacrificiū
hāc ratione. Alioquin, quoniā
in multis locis offertur, multi
Christi sunt? Nequaquam, sed
unus ubique est Christus, & hic
plenus existens, & illic plenus,
unum corpus est, & non multa
corpora: ita etiam & unum Sa-
crificium. Pontifex autem no-
ster ille est, qui Hostiam mun-
dantem nos obtulit: ipsam offe-
rimus & nunc, quæ tunc oblata
quidem, consumi non potest.

*Item bomil. 52. ad Popu: Antio-
cben. de Abraham Isaacum offe-
rente, loquens; non mactavi
manus,*

Articulus VI.

um manus, at voluntas mactavit: nō
gladium pueri jugulo immersit,
nō cervicem incidit: sed est sa-
crificium etiā sine sanguine. Pro-
pterea & illud sacrificiū sine san-
guine perfectum est, quoniam
hujus figura esse debuit, vides
in veteri testamento imaginem,
sed multò ante adumbratam, noli
veritati fidem denegare.

Gaudentius Tract. 2. de Exod.
Idem Agnus per singulas Eccles-
iarum domos, in mysterio pa-
nis ac vini reficit immolatus, vi-
vificat creditus, consecrātes san-
ctificat consecratus. *Idem ibid.* ut
& ipsius à Christo instituti Sacri-
ficij cœlestis, causam rationēm q;
noscamus. Et ideo discipulis fi-
delibus mandat, quos primos &
Ecclesiæ suæ constituit Sacerdo-

L

tes, ut

Concilij Trid: antè Trident: tes, ut indesinenter ista vitæ a- teruæ mysteria exercearent, quæ necesse est à cunctis Sacerdotib⁹ per singulas totius orbis Ecclesi- as celebrari. Quod a. Sacramen- ta Corporis sui & Sangvinis in specie panis & vini offerenda constituit, duplex ratio est. Pri- mūm ut imaculatus D⁹i Agnus hostiam mundam mundato po- pulo traderet celebrandam, sine uestione, sine sangvine, sine bro- dio, id est, jure carnium, & quod omibus ad offerendum prompta esset ac facilis. Deinde quomo- do panem de multis tritici gra- nis, &c.

S. Damascenus lib. 4. Orthodox. fid. cap. 14. Hæc est pura scilicet Hostia, & incruenta, quam ab ortu solis usque ad occasum ipsi offer-

Articulus VII.

offerri, per Prophetam Domin⁹
loquitur, Corpus videlicet &
Sangvis Christi.

Articulus Septimus.

In SS. Eucharistiae Sacra-
mento Corpus & Sangvinē
Christi substantialiter præ-
sentia esse, panemq; ac vi-
num converti in Corpus &
Sangvinem Christi.

Verba Concilij,

In Sanctissimo Eucharistiae Sa-
cramento esse verē, realiter & sub-
stantialiter Corpus & Sangvinem
una cum animā & divinitate Do-
mini nostri JESU Christi: fieri
conversionem totius substantiae pa-
nis in corpus, & totius substantiae

L 2

vini

Concilij Trid: antè Trident.
vini in sanguinem, quam conver-
sionem Catholica Ecclesia Trans-
substantiationem appellat.

Liturg: S. Petri Apost: Domi-
ne Deus noster, qui obtuli-
sti te ipsum per mundi vitam, re-
spice in nos & super panem hunc
& calicem hunc, & fac ipsum im-
maculatum tuum Corpus, & pre-
iosum Sangvinem, in percepti-
onem animarum & corporum.

Liturg. S. Jacobi Maj. Apost. Ut
superveniens sancta & bona &
gloriosa sua præsentia, sanctificet
& efficiat hunc panem Corpus
sanctum Christi tui, & calicem
hunc pretiosum Sangvinem Christi
tui.

Liturg. S. Iacobi Minor. Apostoli.
Gustate & videte quod benignus
est Dominus, qui in partes di-
stribu-

Articulus VII

stributus ac non divisus, & fidelibus impertitus, nec consumptus est, &c. Item: Ut superveniens (Spiritus sanctus) sancta & bona & gloriosa sua presentia, sanctificet & efficiat hunc panem corpus sanctum Christi tui &c. & calicem hunc pretiosum sanguinem Christi tui.

Liturgia S. Matth. Apost. Tu es panis vitae descendens de cœlo, qui antequam venires, eras in figura Agni immaculati pro redemptione mundi: nunc beatitudinem tuam, ô Amator hominum, humiliter imploram, ut faciem tuam super hunc panem & calicem in hoc altari portatile, ostendas. Benedic, sanctifica, munda, & transfer panem hunc in Carnem tuam immaculatam,

Conciliū Trid: antē Trident.
& vinum hoc in sanguinem tu-
um pretiosum. Fiat Sacrificium
ardens & acceptabile. &c.

S. Ignatius Martyr Sancti Ioannis
Evangelist & discipulus. Ep ad Smyr-
nens. citante Theodoret. dialect. 3.
Eucharistias & oblationes non
admittunt, quod non confitean-
tur Eucharistiam esse carnem Sal-
vatoris, quæ pro peccatis nostris
passa est, quam pater suā beni-
gnitate suscitavit.

S. Telesphorus Papa Epist. ad u-
niversos: ipsi (Episcopi) qui pro-
prio ore corpus Domini confi-
ciunt, ab omnibus sunt audiendi.

S. Pius I. Papa. Severas pœni-
tentias imponit sacerdotibus, si
per negligentiam aliquid de sang-
vine Domini stillaverit in terram
sicut videre est in ipsius decretis.

T. I. Concil.

S. Iu-

Articulus VII.

*S. Iustinus Martyr, apologia 2dæ
ad Antonin. Imperator. Non ut
communem panem, neq; com-
mune in potum ista sumimus: sed
quemadmodū per verbum DEI
caro factus I E S U s Christus Sal-
vator noster, & carnē & sanguinem
salutis nostræ causa habuit:
ad eundem modum etiā eam, in
qua per preces verbi ejus ab ipso
profecti gratiæ sunt factæ alimo-
niam, unde sanguis & caro ne-
stra permutationem aluntur, in-
carnati illius I E S U carnem &
sanguinem esse edocti sumus.*

*Tertullianus l. 4. contr. Marcio-
nem c. 40. Acceptum panem cor-
pus suum illum fecit: hoc est cor-
pus meum dicendo. Et nunc sanguinem
suum in vino consecravit
(consecrando effecit: explicat*

L 4 ipse

Conciliū Trid: antē Trident.
ipse Drejerus Lutheranus) qui
tunc vinum in sanguinem figu-
ravit.

Origenes l. 8. contr. Celsum. Nos
qui rerum omnium conditori
placere studemus, cum precibus
& gratiarum, pro beneficijs ac-
ceptis actione, oblatos panes edi-
mus, corpus am per precatio-
nem factum, sanctum quoddam
& sanctificans, utentes eo cum
sane proposito.

Concil. Nicæn. Pisani. l. 3. In
divina mensa ne humiliter inten-
ti simus ad propositum panem
& poculum: sed attollentes men-
tem, fide intelligamus sicut in
sacra illa mensa agnum illum Dei
tollentem peccata mundi, in cru-
entè à sacerdotibus immolatum.

*S. Cyprianus Serm. de Cœna Do-
mini.*

Articulus VII.

mini. Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed naturā mutatus, omni potentia verbi factus & caro. Et post: usq; hodiè hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat & benedicit, & piè sumentibus dividit.

S. Gregorius Nyssenus catechetica
c. 37. Rectè ergo nunc quoq; Dei verbo sanctificatum panem in Dei verbi corpus credo transmutari.

Id. Orat. de sanct. Baptism. Panis, item panis est initio communis: sed ubi eum sacrificaverit mysterium, Corpus Christi dicitur & est. Eodem modo vinum.

S. Cyrillus H̄terosolymitan. in cateches. primā mystagogicā. Panis & vinum Eucharistiae, panis erat

Conciliij Trid. antè Trident.

& vinum merum, peracta vero invocatione, panis quidem sit corpus Christi, vinum autem Sangvis Christi.

Idem Cyrill. Catech. 4. Cum Christus ipse sic affirmet atq; dicat de pane, hoc est corpus meum, quis deinceps audeat dubitare? ac eodem quoq; confirmante & dicente, hic est Sangvis meus, quis, inquam, dubitet, & dicat esse illius sangvinem? aqua aliquando mutavit in vinum, quod est sangvini propinquum, in Chana Galilææ: & non erit dignus cui credamus, quod vinum in sangvinem transmutasset? Si enim ad nuptias corporeas invitatus, stupendum miraculum operatus est: & non multò magis corpus & sangvinem suum,

filij

Articulus VII.

filijs Sponsi dedisse illum confi-
tebimus? Quare omni cū cer-
titudine corpus & sanguinem
Christi sumamus: Nam sub spe-
cie panis datur tibi corpus, & sub
specie vini datur sanguis.

Idem ibid. Hoc sciens & pro
certissimo habens panem hunc,
qui videtur à nobis non esse pa-
nem, etiam si gustus panem esse
sensiat, sed esse corpus Christi.
Et vinum quod à nobis conspi-
citur, tametsi sensui gustus vi-
num esse videatur, non tamen
vinum, sed sanguinem esse Christi.

Iraneus lib. 4. c. 34. Quomo-
do constabit eis, eum panem in
quo gratiæ actæ sint, corpus esse
Domini sui, & calicem sanguinis
eius, si non ipsum fabricatoris
Mundi Filium dicant. Quomo-

L 6 do sur-

Concilij Trid: antē Trident.

do ruris dicunt carnem in cor-
ruptionem devenire & non per-
cipere vitam, quæ à corpore
Domini & sanguine alicur? Ergo
aut sententiam mutent, aut ab-
stineant offerendo quæ prædicta
sunt, offerimus enim ei, quæ
sunt ejus congruenter comuni-
cationem & unitatem prædican-
tes carnis & spiritus. Quemad-
dum enim, qui est à terra panis
percipiens invocationem. De-
jam non communis panis est, sed
Eucharistia, ex duab⁹ rebus con-
stant, terrenā & cœlesti: sic &
corpora nostra percipientia Eu-
charistiam, jam non sunt corru-
ptibilia, spem resurrectionis ha-
bentia, offerimus autem ei, non
quasi indigenti, &c.

Idem lib. 5. c. 2. Eum calicem,
qui

Articulus VII.

qui est creatura suum sanguinem
qui effusus est, ex quo auget no-
strum sanguinem: & eum panem
qui est à creaturâ, suum corpus
confirmavit, ex quo nostra auget
corpora. Quando ergo & mix-
tus calix, & fractus panis percipit
verbum Dei, sic Eucharistia san-
gvinis & corporis Christi, ex qui-
bus augetur & cōsistit carnis no-
stræ substantia: quomodo car-
nem negant capacem esse dona-
tionis Dei, qui est vita æterna,
quæ sanguine & corpore Christi
nutritur, & membrum ejus?
Quemadmodum lignum, vitis
depositum in terra suo fructifi-
cat tempore, & granum tritici de-
cidens in terram, & dissolutum,
multiplex surgit per spiritū Dei,
qui continet omnia, quæ dein-
de per

Concilij Trid: antè Trident.

de per sapientiam in usum ho-
minibus veniunt, & percipientia
verbum Dei, Eucharistia fiant,
quod est corpus & sanguis Chri-
sti: sic & nostra corpora ex eâ
nutrita & reposita in terram &
resoluta in ea, resurgent in suo
tempore verbo Dei resurrectio-
nem eis donante.

S. Chrysost. homil. 83. in Matth.
Cedamus ubique Deo, nec re-
pugnemus ei, etiâ si sensui & co-
gitationi nostræ absurdum esse
videatur quod dicit: superet &
sensum, & rationem nostram
qua so ipsius: quod in omnibus
& præcipue in mysterijs facia-
mus, non illa quæ ante nos jacet
solum modò aspicientes, sed ver-
ba quoque ejus tenentes. Nam
verbis ejus defraudari non possu-
mus,

Articulus VII.

mus, sensus verò noster deceptui
facillimus est: illa falsa esse non
possunt, hic sæpiùs atque sæpiùs
fatetur. Quoniā ergo ille dixit:
Hoc est Corpus meum, nullâ te-
neamur ambiguitate, sed creda-
mus, & oculis intellectūs id per-
spiciamus.

Idem ibid. Non sunt humanæ
virtutis hæc opera, quæ tunc in
illa Cœna confecit: ipse nunc
quoque operatur, ipse perficit:
ministrorum nos ordinem tene-
mus: qui verò hæc sanctificat &
transmutat ipse est.

Idem homil: 24. in 1. Corint. ad
illa verba: *Calix benedictionis cui*
benedicimus, nonne communicatio
Sanguinis Christi est: Eorū ver-
borum hujus modi est sententia:
Quod est in calice, est id quod
à late⁹

Concilij Trid. antè Trident.

à latere fluxit, & illius sum⁹ par-
ticipes. Et ad illa, *Panem quem*
frangimus: *Quare addit, quem*
frangimus? hoc in Eucharistia
videre licet, in cruce autem mi-
nimè, sed omnino contrà. *Os*
enim ejus, inquit, non con-
retur. Sed quod in cruce passus
non est, & in oblatione patitur,
& propter te frangi sustinet, ut
omnes satiet. Et ad illa, *quoniam*
unus panis & unum corpus multi
sumus: *Quidnā est panis?* Cor-
pus Christi. *Quid autem fiunt*
qui accipiunt Corpus Christi?
non multa, sed unum corpus.

Idē homil. de prodit. Iude. Et
nunc ille præstò est Christ⁹, qui
illā ornavit mensam, ipse istam
quoque consecrat. Non enim
homo est, qui proposita de con-
secra-

Articulus VII.

secratione mensæ Domini cor-
pus Christi facit & sanguiné, sed
ille, qui crucifixus pro nobis est
Christus: Sacerdotis ore verba
proferuntur, & DEI virtute con-
secrantur & gratiâ. Hoc est, ait,
Corpus meum. Hoc verbo pro-
posita consecrantur. Et sicut il-
la vox quæ dicit: crescite & mul-
tiplicamini, & replete terram, se-
mel quidem dicta est, sed omni
tempore sentit effectum ad ge-
nerationem operante naturâ; i-
ta & vox illa semel quidem dicta
est, sed per omnes mensas Eccle-
siæ usque ad hodiernam diem, &
usque ad ejus adventum præstat
Sacrificio firmitatem.

S. Ambros. lib. 4. de Sacramentis
cap. 4. Panis iste, panis est ante
verba Sacramentorum: ubi ac-
cessie-

Concilij Trid. ante Trident:
cesserit consecratio, de Pan^c sic
Caro Christi. Consecratio igitur
quibus verbis est, & cujus ser-
monibus? Domini I e s u. Nam
reliqua omnia quæ dicuntur,
Laus D e o defertur, oratione
petitur pro populo, pro regibus,
pro cæteris, ubi venitur ut con-
ficiatur venerabile Sacramētum,
jam non suis sermonibus Sacer-
dos, sed utitur sermonibus Chri-
sti. Ergo sermo Christi hoc cō-
ficit Sacramentum. Quis sermo
Christi? Nempe is, quo facta
sunt omnia. Jussit Dominus, &
factum est cœlum. Jussit Domi-
nus, & facta est terra. Jussit Do-
minus, & facta sunt maria. Jussit
Dominus, & omnis creatura ge-
nerata est. Vides ergo quām o-
peratorius sic sermo Christi! Si

ergo

Articulus VII.

ergo tanta vis est in sermone
Domini J E s u, ut inciperent
esse quæ non erant, quanto ma-
gis operatorius est, ut sint quæ
erant, & in aliud commutentur.
Non erat Corpus Christi ante cō-
secrationem : sed post consecra-
tionem dico tibi, quod jam Cor-
pus est Christi. *Et iterum*, didi-
cisti quod ex pane corpus fia-
Christi, & quod vinum & aqua
in calicem mittitur, sed fit san-
gvis consecratione verbi cœle-
stis. *Et cap. 5.* Antequam con-
secratur panis est, ubi autē verba
Christi accesserint, corpus est
Christi. Et ante verba Christi
calix est vini & aquæ plenus. ubi
verba Christi operata fuerint. ibi
sangvis efficitur, qui plebem re-
demit. *Idem lib. de intindū c. 9.*

Quan-

Concilij Trid: antè Trident.

Quantis utimur exēplis ut probemus, non hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit, maioremq; vim esse benedictionis quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Et postquam multis exemplis probasset benedictione facta fuisse ingentia miracula inquit: Quod si tantum valuit humana benedictio ut manam coverteret, quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur? Nam Sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur, quod si tantum valuit sermo Heliæ ut ignem de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, ut species mutet clementorum? de totius mundi op-

ope-

Articus VII.

operibus legisti ! quia ipse dixit
& facta sunt, ipse mandavit &
creata sunt. Sermo ergo Christi
qui potuit ex nihilo facere quod
non erat, non potest ea quae sunt,
in id mutare quod non erat? ip-
se clamat Dominus Iesus, hoc
est corpus meum. Ante benedic-
tum verborum cœlestium alia
species nominatur, post conse-
erationem Corpus Christi signi-
ficatur, ipse dicit Sangvinem su-
um. Ante consecrationem ali-
ud dicitur, post consecrationem
Sangvis nuncupatur. Ecce dicas
Amen..

*Optatus Millitanus lib. 6. con-
tra Parmentian.* Quid est altare
nisi sedes corporis & sanguinis
Christi? Quid vos offendere
Christus, cuius illic percepta mo-
menta-

Conci'g Trid: antè Trident:
menta corpus & sanguis habita-
bat? Hoc tamen immane facin⁹
geminatum est, dum fregistis e-
tiam calices, Christi sanguinis
portatores.

Hilarius Pictaviens. l. 8. d. Tri-
nit. ante med. De veritate carnis
& sanguinis non relictus est am-
bigendi locus: nunc enim & ip-
sius Dñi professione & fide no-
strâ verè caro est, & verè sang-
vis est. Ethæc accepta atq; hau-
sta efficiunt, ut & nos in Christo
& Christus in nobis sit.

S. Gaudentius Tractat. 2do. de
Exaudi. Ipse naturarum Creator
& Dominus, qui producit de ter-
ra panem, de pane rursus, (quia
& potest & promisit) efficit pro-
prium corpus. Et qui de aqua
vinnm fecit, & de vino sangu-
inem

Articulus VII.

sem suum. Neq; crudam carnē crudūmq; sanguinem, sicut Ju- dæus, esse putas, & respuas di- cens, quoniammodo potest iste dare carnem suam manducare, ut per ignē divini Spiritū id effectum quod annunciatum est credas: quia quod accipis corpus est illius panis cœlestis, & sanguis est il- lius sacræ vitis. Nam cum panem consecratum & vinum Discipu- lis suis porrigeret sic ait: hoc est corpus meum; hic est sanguis me- us, credamus quæso cui credi- mus, nescit mendacium veri- tas &c.

S. Hieronymus Epist. 150. ad Hebdibiam quæst. 2. Nos autem audiamus, panem quem fregit Dominus deditq; Discipulis suis esse corpus Domini Salvatoris.

Idem

Concilij Trid: antè Trident:

Idem in Epist. Pauli ad Tit. Tan-
tum interest inter propositionis
panes & corpus Christi , quan-
tum inter umbram & corpora,
inter imaginem & veritatem; &c.

Theodoretus dialog. 2. Symbo-
la Domici corporis & sanguinis
alia sunt ante Sacerdotis invoca-
tionem, post invocationem verò
mutantur & alia fiunt.

Damascenus l. 4. de Orth. fid. c,
14. Tu quoq; nunc quæris, quo-
modo panis Corpus Christi &
vīnum cum aqua conjunctum
Sangvis Christi fiat ? tibi etiam
respondeo, Spiritus Sanctus su-
pervenit, eāq; efficit, quæ ora-
tionis facultatem & mentis intel-
ligentiam excedunt. Sanè cor-
pus Divinitati verè unitum , est
illud illud corpus, quod ex san-

cta Vir:

Articulus VII.

Etia Virgine orum est; omne quod
assumptum illud corpus e cœlo
descenderit, sed quia panis ipse
& vinum in Corpus & Sangvi-
nem DEI immutantur. Quod
quo pacto id fiat requiris, sat ti-
bi sit audire, per quod Sanctus
Spiritus idem faciat, quemadmo-
dum & ex Sancta DEI Matre per
Spiritum Sanctum Dominus sibi
& in se ipso carnem condidit.
Quin ne hoc quoque alienum fu-
erit dare quod quemadmodum
naturaliter panis per cibum, &
vinum & aqua per potum in co-
medentis ac bibentis corpus &
Sangvinem immutantur, cor-
pusq; alterum fiunt, atq; a prio-
re diversum: sic propositionis
panis ac vinum & aqua, per sau-
ti Spiritus invocationem & ad-

M

Ven-

Conciliij Trid. ante Trident.
ventum mirabili modò in Chri-
sti corpus & sanguinem vertun-
tur, nec sunt duo, sed unum &
idem.

Damascenij lib. 4. de fid. cap. 14.
Non est figura panis & vinum
corporis & sanguinis CHRISTI
(absit enim hoc): sed esse ipsum
corpus Domini deificatum, ipso
Domino dicente: hoc est meum
(nō figura corporis) sed corpus:
& non figura sanguinis, sed san-
guis.

In Ep. ad Zaccb. Doaror. Episc.
Hoc dilectioni tuæ significamus,
Christi corpora nos dicere non
posse, sed unum esse ipsius cor-
pus. Et sicut infans ex muliere
natus perfectus est, edens autem
& bibens augescit naturali facul-
tate; & licet augescat, non duo
tamen

Articulus VII.

tamen efficiuntur corpora, sed
unum esse: multò magis. Sacra-
mentum Spiriti. Si panis & vi-
num insuper augmentationem
corporis Christi, unū fit corpus,
& non duo. Jacet panis in sacra
mensa tanquam in utero Virgi-
nis, Spiritus sanctus supervenit,
quemadmodū dixit Angelus vir-
gini: Sic etiam in mensa, Spiritus
sanctus supervenit, & fit Corpus
Christi. Deinde per manus Sa-
cerdotis elevatur, velut in cruce,
in vobis sepelitur, & perficitur
œconomia: Incorruptos enim
unā nos reddit. Et quoad usque
ā nobis sumitur, corruptioni sub-
iectum illud dicimus. Quomo-
do enim si corrūpi nequit san-
gitur & comeditur? Post sum-
ptionem autē incorruptibile est,

Ma ad con-

Concily Trid ante Trident.
ad constitutionem & substantiam
animæ nostræ, migrans incorru-
ptibile ad nostram incorruptibi-
litatem.

Et homil. de Corpore & Sanguine Christi. Oportebat etiā in Dominici Corporis accretione animo contemplari omnem, divinam œconomiam ipsius Incarnationis, Crucifixionis, Sepultræ, Resurrectionis, & citra corruptionem conservationis. Non enim statim initio Domini Corpus incorruptibile factum esse, sed quod pati & corrūpi possit, usque ad Resurrectionem.

Et in antecedentib. Cujus rei ergo non post resurrectionē illud fecit, sed ante resurrectionem? Quia corpus, quod per resurrectionem existit incorruptibile,

non

Articulus VII.

non frangitur, neque editur, neque bibitur. Hoc igitur quod participamus Corpus & Sangvis Dei nostri corrupti potest uti confractum, effusum, esum & potum: ac in morem accretionis nostri corporis, omnem implat naturalem dispensationem Incarnationem Verbi Dei.

Articulus Octavus.

Communione sub una specie integrum Christum sumi.

Verba Concilij.

Fateor etiam, sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Sanct. Ignatius Epist: ad Ephes.
Eruditus à Paracleto, obediens

Conciliij Trid. antè Trident.
ees Episcopo & Presbytero in di-
vulso sensu, frangentes panem,
qui est medicamentum immor-
talis, antidotum non mo-
riendi.

S. Irenaeus Epist. ad Victor: Pap.
Presbyteri illi, qui te anteiverūt
his tamen Episcopis, qui in alijs
Ecclesijs idem sic observabant
Eucharistiam miserunt.

Justinus Martyr apolog: 2. Di-
stributio & comunicatione sic eo-
rum, in quibus gratiæ sunt actæ,
cuique præsenti: absentibus au-
tem per Diaconos mittitur.

Tertullian. ad Ixorem l. 2. c. 5.
Non scierat marcus, quid secretò
ante orationem cibum gustes? Etsi
sciverit, panem non illum esse
credit, qui dicitur.

Origen. homil: 13. in Exod. No-
sis

Articulus VIII.

Uis qui divinis mysterijs interesset
se conservistis, quomodo cum
fuscipitis corpus Domini, cum
omni cautela & veneratione ser-
vatis, ne ex eo parum quid deci-
dat, ne consecrati muneris ali-
quid dilabatur.

S. Cyprian. lib. de lapsis. Cum
quædam mulier arcam suam, in
qua sanctum Domini fuit, mani-
bus indignis tentasset aperire; i-
gne inde surgente deterrita est.
ne auderet attingere. Et qui-
dam aliis, qui & ipse maculatus,
sacrificio a Sacerdote celebrato,
partem cum cæteris ausus est la-
tentem accipere, sanctum Domi-
ni edere & contrectare non po-
tuit: cinerem ferre se apertis ma-
nibus invenit. Documento u-
nius ostensum est, Dominum

Concilij Trid: antē Trident,
recedere, cùm negatur; nec im-
merentibus ad salutem prodesse,
quod sumitur, quando gratia sa-
lutaris in cinerem, sanctitate fu-
giente mutetur. Vide eundem
in antecedentibus, ubi recenset
historiā puellæ solo calice com-
municatæ.

Dionysius Alexandrin. Epist. ad
Fabian. Antiochen apud Eusebiū
l. 6. c 44. Narrat quod Sacerdos
infirmus moribundo seni Sera-
pioni breviculum seu pauxillum
Eucharistiæ per puerum, misis-
set, ut eam madefactam in os se-
nis infunderet. Quam puer se-
cum ferens madefecit, & simul
in os senis infudit, atque ille, si-
mul atque eam pedecentim per
fauces dimiserat, illicò extremū
spiritum reddidit.

S. Con-

Articulus VIII.

S. Concil. Nicæn: can: 63. Arab.

Oeconomus Ecclesiæ habeat cu-
ram loci, in quo sancta Euchari-
stia servatur..

*S. Basilius Mag. Epist: ad Cæsar:
Patriciam: Illud autem in per-
secutionis temporibus necessita-
te cogi quempiam, non præsen-
te Sacerdote aut ministro comu-
nionem propriâ manu sumere,
nequaquam esse grave, superva-
caneum est demonstrare; pro-
pterea, quod longâ cõsuetudine
hôc ipso rerû usu confirmatum
est; omnes enim in eternis soli-
tariam vitam agentes, ubi non
est Sacerdos, comunionem do-
mi servantes à se ipsis communi-
cant. In Alexandria verò & Æ-
gypto unusquisque eorum, qui
sunt de populo, ut plurimum ha-*

Concilij Trid: antè Trident.
bet communionem in domo sua.
Semel enim Sacerdote Sacrificium
consecrante & distribuente, me-
ritò participare & suscipere cre-
dere oportet. Etenim & in Ec-
clesia Sacerdos dat partem, & ac-
cipit eam qui suscipit cum omni
libertate, & ipsam admovet ori
propriâ manu. *Ubi notandū ve-*
teres Eucharistiam non in os im-
posuisse, sed in manus dedisse, ac u-
nicuique liberum reliquisse, ut il-
lam secum sumeret, & pro sua de-
votione quocunque tempore vellet,
cā frueretur: quod postea propter
abusus abrogatum est.

Sozomenus l. 8. c. 5. & Niceph.
l. 13. c. 7. Narrat sub S. Chryso-
stomo, hæreticam quandam mu-
lierem in mariti gratiam, hypo-
criticè ad sacram Synaxin acces-
sisse.

Articulus VIII.

fuisse, sacrām q; hostiam acceptam
abscondisse, & illius loco aliud
quid à famula furtim suggestum
voluisse comedere: quod simul
atque dentibus tetigisset, statim
in lapidem fuisse conversū. Ver-
ba Nicephori hæc sunt: Vir qui-
dam Macedonij morbo (*heresi*)
laborans, uxorem eadem conta-
gione infectā habebat. Hic cùm
aliquando in magnum illum vi-
rum (*Chrysostomum*) incidisset,
quomodo de D E O sentiendum
sit, differentem, statim priore o-
pinione relictâ mutatus, dicta il-
lius laudavit: conjugēm q; ut i-
tidem & ipsa sententiam suam
mutaret, cogere instituit. Ubi
verò illa ex consuetudine & col-
loquijs quotidianis familiarium
muliercularum pendens, admō-

Conciliij Trid. antè Trident.

nitionem ejus non suscepit, & maritus re sàpiùs tècatâ nihil effecit, postremò ei denunciat, nisi communem atque eandem secù de D E O obtineret opinionem, minimè se eam secum habitare passuram esse. Mulier postquā id per simulationem annuit, ex ancillis, quam fidam sibi esse credebat, uni, quid factura esset credidit, ut per fraudem virum fillleret. Et sacrorum mysteriorum tempore, accedens illa, domum, sicuti mos erat (qui sacris insti-
tuti sunt, quid dicam intelligūt) accepit: atque id retinens, per-
inde atque orationi vacatura, se inclinata summisit, mysteriúmque
sacrosanctum oculuit: & quæ ei
assistebat ancilla, pro eo panem
communem domo allatum ob-
tulit,

Articulus VIII.

tulit, quem illa ori admovens, in
lapidis naturam induratum esse,
dum dentib⁹ attērere conaretur,
sensic. Ita que timore perterrita,
ne quid gravius per D E I vindicā-
tam pateretur, propter miracu-
lum, quod præter opinionē ac-
ciderat, nullā interpositā morā
ad magnū illum accedit Patrem,
rem actam ei exponit, & lapi-
dem ostēdit, certò & aperte mor-
sūs indicium exhibentem, qui
jam materiam priorē ignoraret,
novū inque & alienum colorem
obtineret. Et veniā delicti petitā
deinceps in eadem cum marito
opinione perduravit. Lapis iste
ad fidem miraculi ejus faciēdam
longo tēpore inter Ecclesiæ do-
naria asservatus, spectatoribus
miraculo fuit.

S, Am.

Conciliij Trid. antē Tridēt.

S. Ambrosius orat: fun. d. Fratr.
suo Satyro. Quid igitur observan-
tiam ejus erga D E I cultum præ-
dicem? qui priusquam perfecti-
oribus esset iniciatus mysterijs, in
naupfragio constitutus. Cūm ea,
quā veheretur navis, scō puloso
illīsa vado, & urgentib⁹ hinc atq;
inde fluctibus solveretur, non
mortem metuens, sed ne vacuus
mysterij exiret ē vita, quos ini-
ciatos esse cognoverat, ab his di-
vinum illud fidelium Sacramen-
tum poposcit. Etenim ligari se-
cit in orario, & orarium involvit
in collo, atque ita se dejecit in
mare, nō requirēs de navis com-
page resolutam tabulam, cui su-
pernatans juvaretur: quoniam
fidei solius arma quæsierat: itaq;
bis se tectum atque munitum sa-

tis crō.

Articulus VIII.

tis credens, alia auxilia non desideravit. Nec deseruit spes, nec se felliit opinio. Denique primus servatus ex undis, & in portum terrenæ stationis evectus, Præsumm suum, cui se crediderat, recognovit, statimque D E I Ecclesiam requisiuit, ut ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognoscere.

Amphilach: in vita S. Basili M.
Cùm sacris operaretur, dividens panem in tres partes, unam quidem cōmunicavit timore multo: aliam verò servavit ad sepeliendum sibi: tertiam autem posuam super columbam aureā, suspendit super altare.

S. Augustin. lib. 50. homiliar. homil. 26. Quantâ solicitudine observamus, quando nobis corpus Chri-

Concilij Trid. antè Trident.

Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terrā cadat. Tantā solicitudine observemus, ne verbum DEI, quod nobis erogatur, dum aliquid auctoritatem aut loquimur de corde nostro pereat. Quia non minus reus erit, qui verbū DEI negligenter audierit, quam ille, qui Corpus Christi in terram caderet negligentiam suā permiserit.

Idem serm. 252. de Temp. Non est grave quod dico fratres, quomodo viri lavant aquā manus suas, sic eleemosynis lavant conscientias suas. Similiter & mulieres, quomodo nitidum exhibent linteolum ubi corpus Christi accipient: Sic corpus castum & cor mundum exhibeant, ut cum bona conscientia Christi Sacramenta suscipiant.

In vi-

Articulus VII.

In vita S. Ambros. Paulinus Presbyter. Horatus Sacerdos cùm in superiori domo se ad quietem composuisset, tertio vocem vocalis se audivit, dicentisq; sibi: Surge, festina, quia modò recessurus est. Qui descendens obtulit Sancto (Ambrosio) Domini Corpus, quo accepero ubi glutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens, ut in virtute escae anima refectior Angelorum consortio lætaretur.

Concil: Carthaginens. IV. can: 38.
Diaconus præsente Presbytero, Eucharistiam corporis Christi iussus eroget.

His addendum est, quod S. Eusebiphanio & Augustinu, qui de hæresi Manichæorum scripserunt, & gravissimè in eam inveniuntur, Mani.

Concilij Trid: antē Trident.

Manichæos nunquam culpârūt,
quod tacūm sub una specie com-
municarent: quod tamen non
intermisserent, si hoc erroneous,
& contra institutionem Christi
esse judicâssem.

Articulus Nonus.

Rectè adorari Sanctissi-
mum SACRAMENTUM.

QVanquam Concilium ado-
rationis SS. Sacramenti nul-
lam h̄ic mentionem facit, placuit
tamen & illam per veterum testi-
monia probare.

*S. Ambrosius lib: 3: de Spiritu S:
cap. 12: explicans illa verba Da-
vidis, Psalm: 98: adorate scabellū
pedum ejus, tandem sic conclu-
dit: Itaque per scabellum terra
intel-*

Articulus IX.

intelligatur, per terram autem
Caro Christi. quam hodie quo-
que in mysterijs adoramus, &
quam Apostoli in Domino Iesu
adorârunt. Neque enim divisus
Christus, sed unus. Neque cùm
adoraretur tanquam Dei Filius,
natus ex Virgine negabatur.

*Idem Orat: præparatoria Ima ad
Missam.* Panis dulcissime, sana
palatum cordis mei, ut sentiam
svavitatem amoris cui: sana ab
omni langvore, ut nullam præ-
ter te amem pulchritudinē. Pa-
nis candidissime, habens in te o-
mne delectamentum & omnis
saporis svavitatem, qui nos sem-
per reficis: panis pulcher, panis
munde, qui descendisti de cœlo,
& das vitam mundo, veni in cor
meum, & munda me &c.

S. Hie-

Conciliij Trid: antē Tridēt.

S, Hieronymus, eundem locum rev
exponens, ait: Multæ dē scabell no
lo opinioneſ ſunt: ſed hīc Pro
pheta corpus Dominicū dicit, nea
in quo Majestas divinitatis tan
quām ſuper ſeabellū ſtar. Quod
autem adorari debeat, eo ascen
dente Apostoli docuerunt, cūm
adoranteſ regreſſi ſunt in Hieru
ſalem.

S, Chrysſotom, homil. 24. in I. ad
Corinth. Hoc corpus, in præſepi,
reveriti ſunt Magi; & viſi impij
& barbari longo itinere cōferto,
cum timore & tremore plurimo
adorārunt. Imitemur ergo ſaltē
barbaros, nos cœlorum cives.
Illi enim cūm id præſepe & tu
gurium tantūm, neque eorum
quicquam, quæ tu nunc intueris,
viderent, ſumma accesserunt

revē

Articulus IX.

um reverentiā & horrore. Tu autem
bel non in præsepi id, sed in Altari.
Pro non molierem quæ in ulnis te-
cīs neat, sed Sacerdotem præsentem
& Spiritum perabundè super-
proposito diffusum. Sacrificio
vides.

S. Augustin. in Psalm 98. Quæ-
to quid sit scabellū pedum ejus,
& dicit mihi Scriptura, terra sca-
bellum pedum meorum. Flu-
tuans cōerto me ad Christum,
quia ipsum quæro hīc, & invenio
quomodo sine impietate adore-
tur terra, siue impietate adoretur
scabellum pedum ejus. Suscepit
enī de terra terram, quia caro
da terra est, & de carne M A R I A
carnem accepit. Et quia in ipsa
carne hīc ambulavī, & ipsam
carnem nobis manducandam ad
salu-

Concilij Trid: antè Trident:
salutem dedit: nemò autē illam
carnem manducat, nisi prius a-
doraverit, inventum est quem-
admodūm adoretur tale scabellū
pedum Domini, & non solū
non peccemus adorando, sed
peccemus non adorando.

*Idem S. Augustinus de verb. Do-
mini, serm. 58. Si Christus non
est naturā Deus, sed creatura,
nec colendus est, nec ut Deus
adorandus. Sed illi ad hæc re-
plicabunt & dicent: quid, quod
carnem ejus, quam creaturam
esse non negas, simul cum divi-
nitate adoras, & ei non minus
quam divinitati deservis?*

*S. Chrysostomus homil. 5. in Ep.
ad Hebr. Magnum & admirabi-
le & stupore plenum est, carnem
nostram sursum sedere, & ado-*

gari

Articulus IX.

rari ab Angelis & Archangelis.
Hoc sāpē mente versans ecclasiā
patior.

Theophylactus in cap. Matth. 28.
Quia humana natura prius con-
demnata, nunc unica DEI verbo
personaliter in cœlo sedet, & ab
Angelis adoratur, meritò dicit:
Data est mihi potestas in cœlo.
Etenim humana natura priùs ser-
viebat, nunc in Christo omni-
bus imperat.

*S. Athanasius de Incarnatione, si-
cū citatur apud Cyrillum in defensi-
one anathematismi 8. Et in lib. de
recta fide ad Reginas. Si quis di-
cat inadorabilem Domini nostri
carnem ut hominis: & non ado-
randum ut Domini & DEI car-
nem, hunc anathematizat sancta
& Catholica Ecclesia. Tom. 3.
par. 286.*

Concilij Trid. antè Trident.

In notis ad Nicephori c. 6. 16. jan
citantur Cyrilli ad Calosyrium E. pit
piscopum, verba sequentia: Audio
quod dicant, mysticam benedi-
ctionem, si ex ea remanserint
in sequentem diem reliquiae ad
sanctificationem inutilem esse.
Sed insanunt haec dicentes. Non
enim aliis fit Christus neque san-
ctum ejus corpus immutabitur,
sed benedictionis virtus & vivi-
fica gratia perpetua maneat in illo.

S. Chrysostom homil. 8. in Matt.
Imitemur nos saltem Magos Ioh-
go itinere curramus, ut Christum
videre liceat. Prius enim quam
puerum cernerent, undique illis
imminebant timores, concurba-
tiones atque discrimina: post-
quam vero adorarunt, securitas
& tranquillitas subsecuta est, nec

jam

Articulus IX.

16. jam stella eos, sed Angelus susci-
n E. pit: quia scilicet adorando facti
udio fuerant Sacerdotes, dona quippe
edi. obtulerant. Et tu in Bethlehem
int festinus accurre ubi domus spiri-
e ad tualis panis. Etsi enim magus-
sis, nihil te hoc impediet, modò
ut adoraturus atque honoratur
DEI Filium, & non quasi con-
culturus advenias. Qui enim
eiusmodi sunt, habent in se Ty-
rannum, & regno Christi jugiter
invidentem, mammonam scili-
cet. Hic enim tenere imperium
gestit, suosque cultores qui ado-
ram quidem speciem præbent,
jugulant autem inter ado-
randum. Timeamus igitur ne
quando speciem supplicum atq;
adorantium geramus, opere verò
contraria exhibeamus. igitur a-

N

dora-

Concilij Trid: antē Trident.
doraturi Christum, cuncta proij-
ciamus ē manibus.

S. Augustinus Epist. 120. cap. 27.
Manducaverunt & adoraverunt
omnes divites terræ. Divites
terræ superbos intelligere debe-
mus, si rectè superiùs pauperes
humiles intelligebamus. Neque
enim frustra ita distincti sunt, ut
de pauperibus suprà diceretur:
Edent pauperes & saturabuntur.
Hic verò, manducaverunt &
adoraverunt omnes divites terræ.
Et ipsi quippe adducti sunt ad
mensam Christi, & accipiunt de
Corpore & Sangvine ejus: sed
adorant tantum, non etiam satu-
rantur, quoniam non imitancur.
Manducantes enim (pauperem)
didignantur esse pauperes: quia
Christus pro nobis passus est, re-
linquē!

Articulus IX.

linquens nobis exemplum, ut
sequamur vestigia ejus. Verum-
tamen quia Deus excitavit eum
a mortuis, & donavit ei nomen,
quod est super omne nomen, ut
in nomine J E S U flectatur om-
ne genu cœlestium, terrestrium,
& infernorum, fama celitudinis
ejus & gloria nominis ejus in Ec-
clesia usque quaque diffusa, per-
moti & ipsi venient ad mensam,
manducant & adorant, non ta-
men saturantur, quia non esuri-
unt & sitiunt justitiam.

Origen. hom. s. in diversi. Quan-
do sanctū cibum illūdque incor-
ruptum accipis epulum, quando
vitæ pane & poculo frueris, man-
ducas & bibis corpus & sanguinē
Domini, tunc Dominus sub te.
Cibum tuum ingreditur. Et tu er-

N 2. go hu-

Concilij Trid. antè Trident.
go humilians temetipsum imita-
re hunc centurionem, & dicito:
Domine non sum dignus, ut in-
tres sub tectum meum.

*Cyrillus Hierosolymit: catbeches.
mystagog. s.* Post communionē
corporis Christi accedo ad cali-
cem saægvinis illius, non exten-
dens manus, sed pronus adora-
tionis in modum, & veneratio-
nis dicens, Amen.

*S. Gregor. Nazianz. Orat. 2. de
Gorgoniâ Sorore suâ.* Desperatis o-
mnibus alijs auxilijs, ad morta-
lium omnium medicum confu-
git, noctisque intempesta caligi-
ne observatâ, cùm morbus non
nihil remisisset, ad altare cum si-
de procumbit, eumque, qui su-
per illud colitur, cùm ingenti
clamore invocat.

Art.

Articulus X.

Articulus Decimus.

Purgatorium esse, Preces
pro defunctis rectè fieri.

Verba Concilij.

Constanter teneo Purgatorium
esse, animasque ibi detentas fide-
lium suffragijs adjuvari.

Sanct: Dionys Areopag. de Eccl.
Hierar: cap 12. Deinde acce-
dens Divinus Antistes ipsi mor-
tuo sanctè precatur. Precibus
quidè à Divina benignitate con-
tendit, ut cuncta dimittat per in-
firmitatem humanam, admissa
peccata defuncto, eumque in lu-
cem ac regionem vivorum, in-
sinus Abrahæ, Isaac, & Jacob de-
ducat. *Et post:* Quod autem &

N 3 justo-

Conciliij Trid: antè Trident:
justorum honorumq; preces etiam in hac vita, ne dum post mortem, ijs solùm profint, qui digni sunt sacris precibus, Scripturarum nos edocent veræ traditiones.

*S. Clemens Constit. Apostol. l. 8.
cap. 41.* Oremus pro fratribus nostris, qui in Christo requie- runt, ut Deus summæ erga homines charitatis, qui animam defuncti suscepit, remittat ei omne peccatum, &c,

Liturgia S. Iacobi Minor. Me- mento Domine Deus spirituum & universæ carnis, quorum me- moriam egimus, & quorum non egimus, ac rectè de fide sentien- tium, ab Abel justo usque in ho- diernum diem: fac eos requie- scere in regione viventium, in regno tuo, &c.

Simi-

Articulus X.

Similia habentur in Liturgia
S. Matthæi, & S. Marci.

Tertullian. l. de coron. mil: c 3.
Oblationes pro defunctis annuâ
die facimus.

Origenes bomil. 6 in Exodus,
& bomil. 14: in Levit. accipit il-
lud S. Pauli 1. Cor: III. 15. d. Pur-
gatorio. Posterior locus paulò lon-
gior est, ut hic adscribere placeat:
prioris verò verba sic habet: Qui
salvus fit, per ignem salvus fit, ut
si quid fortè de specie plumbi
habuerit admixtum, id ignis de-
coquat & resolvat, ut efficiantur
omnes aurum bonum..

Idem l. 8. in Epist. ad Rom. c. 11.
Qui verò verbi DEI & doctrinæ
Evangelicæ purificationes spre-
verit, tristibus & pœnalibus pu-
rificationibus semetipsum reter-

N 4 vat,

Concilij Trid. antè Trident.
vat, ut ignis gehennæ in crucia-
tibus purget, quem nec
Apostolica doctrina, nec Evan-
gelicus sermo purgavit: secun-
dum illud quod scriptum est.
(*Num: 31.*) *Et purificabo te igni*
ad purificationem. verum hæc
ipsa purgatio, quæ per poenam
ignis adhibetur, quantis tempo-
ribus quantisve sæculis de pecca-
toribus exigat cruciatus, solus
scire potest ille cui Pater omne
judicium tradidit.

*S. Cyprianus Epist. 52. ad Anto-
niam.* Aliud est ad veniam sta-
re, aliud ad gloriam pervenire:
aliud missum in carcerem non e-
xire inde, donec solvat novissi-
mum quadrante, aliud statim
fidei & virtutis accipere merce-
dem: aliud pro peccatis longo
dolo.

Articulus X.

dolore cruciatum, emendari & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse.

*Lactant. Firmian. lib. 7. div. in-
stit: cap 21.* Sed & justos cum ju-
dicaverit, etiam igni eos exami-
nabit. Tum quorū peccata vel
pondere, vel numero prævalue-
rint, perstringētur ab igni atque
comburentur. Quos autem ple-
na justitia & maturitas virtutis in-
coxerit, ignem illum non sentiet.

*S. Athanasius quest. 34. ad An-
tioch.* Num sentiunt aliqua be-
neficia etiam peccatorū animæ,
cū super illis fiunt, & per actio-
nes bonorum operum, & obla-
tionum? Si non aliquo benefi-
cio participarent ex illo, non u-
tique in cura & exequijs fieret
commemoratio. Ac sicut vitis

N s flore;

Conciliū Trid: ante Trident.

florescit extra in agro, & odorem
ejus sentit in vase vinum reclu-
sum, sicq; conflorescit etiam ip-
sum: ita intelligamus peccatorū
animas participare aliquā bene-
ficientiā ab extangvi immolatio-
ne, & gratificatione pro ipsis fa-
ctā, sicut solus ordinat & præci-
pit, qui vivorum & mortuorum
potestatem gerit Deus noster.

S. Cyrillus Hierosolymit. cathech.

s. Mystagog. Rogamus te nos o-
mnes, & hoc offerim⁹ tibi Sacri-
ficium pro defunctis sanctis Pa-
triis & Episcopis, denique pro
omnibus qui inter nos vitā fun-
cti sunt, maximum esse credētes
animarum juvamen, pro quibus
offertur precatio sancti illius &
tremendi, quod in altari positum
est, Sacrificij. *Quod postea exē-*

plo Re

Articulus X.

ple Regis declarat & applicat.

S. Gregorius Nyssen: disput. d. anima & resurrexit. Quemadmodum illi, qui auro materiam immixtam per ignem expurgant, non solùm id quod adulterinum est, igne liquefaciunt, sed omnino necessariū est ut purum quoque unā cum adulterino improbo atque corrupto liquefiat: Eodem modo plane necesse est, ut dum viciōsitas purgatorio igne absumitur, anima quoque, quæ cum viciōsitate unita est, in igne sit, donec id, quod inspersū est, adulterinum materiale atque fuscatum & corruptum, totum aboleat, igne consumptum. Idem in Orat. de dormient. frequenter mentionem facit purgatoriij.

S. Epiphan. heres. 78. Errorib.

N 6

Aërij

Conciliij Trid: antē Trident.

Aërij hæretici adnumerat, quod
viventium preces pro mortuis
inutiles esse diceret. Et ait: ne-
cessariò facere (orare pro mor-
tuis) illud Ecclesiam traditione
à Patribus acceptā. Potest verò
quisquam maternā sanctionem
aut legem patris evertere?

S. Basilius in sua Liturg. Pro
mortuis autē dicit: pro quiete
& remissione animæ famuli tui
N. in loco luminoso, unde au-
fugit tristitia & gemitus, fac eum
quiescere Deus noster.

*S. Ambroſſus oravit & sacrifica-
vit pro anima Valentiniāni Im-
peratoris Orat: de obitu ipſius. Itē
pro anima Imperat: Theodosij
in Orat: funebr. de ipſo. Item pro
fratre suo Satyro, Orat: de obitu
ipſius: ita loquens: Tibi nunc o-*

mnis

Articulns X

uod
tuis
ne
or
one
erò
m
Pro
te
tui
au-
m
ca-
t-
té
3j.
ro
tu
O-
ni-
mni potens Deus innoxia com-
mendo animam, tibi hostiam
meam offero, cape propitius ac
serenus fraternum munus, Sacri-
ficium Sacerdotis, &c. Et pro om-
nibus fidelibus defunctis, Orationes
primâ præparatoria ad Missam. Ro-
gamus etiam te sancte Pater, pro
spiritib⁹ fidelium defunctorum,
ut sit illis salus æterna, ac perpe-
tua sanitas, gaudium & refrigeriū
sempiternum, hoc magnum pie-
tatis Sacramentum.

*S. Hieronymus in cap. 7. Michæ:
Post cruciatus atque supplicia es-
ducta de tenebris exteriorib⁹ a-
nima, & redditio novissimo qua-
drante, dicit: video justitiam
eius, &c.*

*S. Chrysostom. homil. 61. in Ioann:
Si peccator, & qui sæpè a numero
Deum*

Conciliū Trid. antē Trident:

DEUM offenderit, moritur, is deflendus est, vel potius minime, cùm nihil illi offerat utilitatis: sed ea facienda, quæ ei aliquid conferre possunt, eleemosynas, oblationes.

Idem homil: 21. in Act. Non frustra oblationes pro defunctis fiunt, non frustra preces, nō frustra eleemosynæ. Hæc omnia Spiritus disposuit, volens, ut nos mutuò juvemus. vide enim, utilitatem accipiet ille per te, & tu per illum. Contempsis opibus inductus ad faciendum aliquid generosum, & tu illi salutis, ipse verò tibi eleemosynæ factus es autor. Ne dubita, quia erit alius quis fruitus suavis. Non temere Diaconus clamat, pro his qui defuncti sunt in Christo, & pro his qui

Articulus X.

qui illorum memoriam faciunt.

Idem homil. 3. in Ep. ad Philipp.

Non frustra ab Apostolis sanctum
est, ut in celebratione veneran-
dorum misteriorum, memoria
eorum fiat, qui hinc discesserunt.

Noverunt illis multum hinc es-
molumenti fieri, multum utili-
tatis. Stante siquidem universo
populo manus in cœlo exten-
te, cœtu item Sacerdotali, venes-
randoque posito Sacrificio, quo
modo Deum non placaremus
pro istis orantes? Et paulò ante,
Juveremus eos pro viribus, procu-
remus illis aliquid auxilij. quo-
modo, quâve ratione? Precâtes
adhortemur & alios, ut pro illis
orent, pauperibusq; indesinens-
ter pro illis eleemosynas demus.

S. Augustin. l. 2. de Genes. contr.

Manus.

Concilij Trid: antè Trident.

Manich. cap. 20. Qui fortè agrum
non coluerit, & spinis eum op-
primi permiserit, habet in ha-
vita maledictionem terræ suæ in
omnibus operibus suis, & post
hanc vitam habebit vel ignem
purgationis, vel pœnam æternā.
Idem lib. 20. de Civit. Dei cap. 9.
Neque enim piorū animæ mor-
tuorum separantur ab Ecclesia
quia etiā nunc est Regnū Christi:
aliqui nec ad altare DEI fieret ei-
orum memoria in communica-
tione corporis Christi.

Idem Serm. 34. de verbis Apost.
Orationibus sanctæ Ecclesiæ &
Sacrificio salutari, & eleemosy-
nis, quæ pro eorum spiritibus e-
rogantur, non est dubicandum
mortuos adjuvari, ut cùm eis
misericordius agatur à Domino,

quam

Articulus X.

quām eorum peccata meruerūt.
Hoc enim à Patribus traditum,
universa observat Ecclesia, ut pro
eis qui in corporis & sanguinis
Christi communione defuncti
sunt, cū ad ipsum Sacrificium
loco suo commemorantur, oren-
tur, ac pro illis quoque id offerri
commemoretur. Cūm verò eo-
rum commendandorum causā,
opera misericordiæ celebrantur,
quis eis dubitet suffragari, pro
quibus orationes Deo non ina-
niter allegantur? &c. Vide quo-
que cundē ad *Psalm. 37.* ubi di-
ctum *S. Pauli 1. Cor. 3.* de purga-
torio explicat. Denique, ut a-
lia omnia omittam, oravit ipse
pro Monica matre suā l. 9. Con-
fess. c. 13. quod & ipsam petiisse
adnuit. Item pro Patre eod. cap.
quod

Conciliij Trid: antè Trident.
quod potest videri toto illo ca-
pice.

Miss. S. Gregorij. Memento e-
tiam Domine famulorum tuorum,
qui nos præcesserunt cum signo
fidei, & dormiunt in somno pa-
cis. Ipsi Domine, & omnibus
in Christo quiescentibus locum
refrigerij lucis & pacis, ut indul-
geas deprecamur, per eundem
Christum Dominum nostrum.

Articulus Undecimus.

Sanctos honorandos, & in-
vocandos esse.

Verba Concilij.

Sanctos und cum CHRISTO re-
gnantes, venerandos atque invo-
candos esse.

Litur.

Articulus XI.

Liturgia Sancti Petri. Domine
Deus omnipotens &c. Susci-
pe de ore nostrum peccatorum,
hunc ter sanctum hymnum, lar-
giens nobis misericordias tuas,
intercessionibus sanctae Dei Ge-
nitricis, & omnium Sanctorum
tuorum.

Liturg. S. Jacobi Minor: Com-
memorationem agamus sanctissimæ
immaculatæ, gloriissimæ,
Benedictæ Dominiæ nostræ, Ma-
tris Dei & semper Virginis Ma-
RIÆ, atque omniū Sanctorum
& justorum.

S. Irenæus Martyr. lib: 5. c. 19.
Sicut illa (Eva) seducta est, ut ef-
fugeret Deum: sic hæc suasa est
obedire Deo, ut virginis Evæ
Virgo MARIA fieret Advocata.

Origen: lib: 2. in Job. O beate
Job,

Conciliij Trid. antè Trident.

Job, vivens in perpetuum apud
Deum, & victor permanens in
conspicu Regis Domini, ora
pro nobis miseris &c.

Gregorius Nazianz: *Orat: quæ
est in laudem Basilij M.* Tu verò
sacrum & divinum caput, è cælo
nos quæso inspice, carnisque sti-
mulum à Deo nobis ad disci-
plinam datum, aut precibus tuis
siste, aut certè, ut eum forti ani-
mo perferamus, persuade, &c.
21. *quæ est in laudem Athanassij.*

Idem *Orat: 29. in laudem S. Cy-
priani.* Ac tu nos è cælo beni-
gnus aspicias, sermonésque no-
stros & vitam gubernes, sacrúm-
que hunc gregem pascas, aut pa-
scentem adjuves, cùm in cæteris
rebus quò ad ejus fieri poterit,
cùm ad optima quæq; dirigens,

180

Articulus XI.

oud tum graves lupos syllabarum &
s in verborum captores amoliens,
ra Sanctæq; Trinitatis, cui nunc ad-
sistis, pleniorem clariorēmque
que splendorem nobis concilians.

Basilius Mag. homil: 20. in 40.
Martyres. Qui aliquā premitur
angustiā ad hos cōfugit: qui rura-
sus lētatur hos orat. Hic ut à
malis liberetur, ille ut duret in-
rebus lētis. Hic mulier orans
pro filijs auditur, peregrinanti
viro redditum incolunem, ægro-
tanti verò salutem implorat.

S. Ambrosius l. de Videlis. Ægri
nisi ad eos aliorum precibus me-
dicus fuerit invitatus, pro se ro-
gare non possunt. Infirma est
caro, mens ægra est, & peccato-
rum vinculis impedita. Ad me-
dici illius sedem debile non po-
test ex-

Concilij Trid. ante Trident.
est explicare vestigium. obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt: Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrociniū vendicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sangvine etiam si qua habuerunt peccata lauerunt. Isti enim sunt Dei Martyres, nostri præsules, speculatores vitæ actuūq; nostrorū. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent, cognoverunt.

S. Chrysostomus homil. 41. ad popl. Antioch. Ita hujus diei festi gustum maximum percipiemus, & sanctam Martyrem ad majorē bene-

Articulus XI

benevolentiam provocabimus,
vero honore illam prosequen-
tes. &c. Faxit Deus hujus san-
ctæ Virginis, & eorum qui simi-
liter certarunt, orationibus ac
precibus, ut hæc & alia &c.

*S. Hieronymus Epist. 27. ad Eu-
stoch. de Epitaphio Paulæ cap. 14.*
Vale ô Paula. & cultoris cui ulti-
mam senectutē orationib⁹ juva-
fides & opera tua Christo te so-
ciant: præsens facilius quod po-
stulas impetrabis.

*S. Augustinus l. 20. contr. Faust.
Manich. c. 21.* Populus Christia-
nus memorias Martyrū religiosâ
solemnitate concelebrat & ad ex-
citandam imitationem, & ut me-
ritis eorum consocietur, atque
orationib⁹ adjuvetur: ita tamen
ut nulli Martyrum, sed ipsi D e o

Mariæ

Concilij Trid: antè Trident.

Martyrum, quamvis in memo-
rias Martyrum, constituamus al-
taria. Quis enim Antistitum in fide
locis sanctorum corporum assi-
stens altari, aliquando dixit, of-
ferimus tibi Petre, aut Paule, aut At-
Cypriane: sed quod offertur, dici
offertur D E O, qui Martyres co-
ronavit, apud memorias eorum pria-
quos coronavit, ut ex ipsorum col-
locorum admonitione major af-
fectus exurgat, ad acuendā cha-
ritatem, & in illos quos imitari
possimus, & in illam quo adju-
vante possimus. Colimus ergo
Martyres, eo cultu dilectionis &
societatis, quo & in hac vita co-
luntur sancti homines DEI, quo-
rum cor ad talem pro Evangelii
ca veritate passionem, paratum
esse sentimus. Sed illos tanto de-

votus

Articulus XI.

votius, quantò securius post in-
certa omnia superata: quātò etiā
in fidentiore laude prædicem⁹, jam
assisi. in vita feliciore victores, quām
in ista adhuc usque pugnantes.
At illo cultu, qui Græcè λατρεία
dicitur, Latinè uno verbo dici
non potest, cùm sit quedam pro-
pria Divinitati debita servit⁹, nec
colimus, nec colendum docem⁹
nisi unum Deum, &c.

Idem Serm: 1. de S. Stephan. Sic
ergò exauditus est S. Stephanus,
ut ejus orationib⁹ deleretur pec-
catorum quod commiserat Saulus,
Comendemus ergò nos oratio-
nibus ejus. Multò magis enim
hunc exauditur pro bene orato-
ribus suis, à regnante Domino
Nostro J E S U Christo.

Idem in meditat: 6. 40. Exaudi
O mē Trī-

Conciliij Trid. antē Trident.

me Trinitas sancta, & conserva
me ab omni malo, &c. per ora-
tiones Patriarcharum, per merita
Prophetarum, per suffragia Apo-
stolorum, per constantiam Mar-
tyrum, per fidem Confessorum,
per castitatem Virginum, & per
intercessionem omnium Sancto-
rum, qui tibi placuerunt ab ini-
tio mundi. *Et post:* Sancta & im-
maculata Virgo DEI Genitrix
MARIA & Mater Domini no-
stri Iesu Christi, intervenire
pro me digneris apud illum, cu-
jus meruisti effici templū. San-
cte Michaël, S. Gabriel, S. Ra-
phaël, sancti Chori Angelorum,
atque Archangelorum, Patriar-
charum atque Prophetarum, A-
postolorum, Evangelistarū, Mar-
tyrum, Confessorum, Sacerdo-

Articulus XI.

tum, Levitarum, Monachorum,
or Virginum, omniūq; justorū,
& per illum qui vos elegit, & de
cujus contemplatione gaudetis,
vos rogare præsumo, ut pro me
culpabili, ipsi D E O supplicare
dignemini.

*Id. l. de vera relig. c. 55. Quis-
quis Angelorum, diligit hunc
Deum, certus sum quod etiam
me diligit. Quisquis in illo ma-
net, & potest humanas preces
sentire, in illo me exaudit. Idem
lib. 10. de Civit. Dei c. 12. cùm ex-
audiunt Angeli ejus, ipse in eis
exaudit, tanquam in vero non
manufacto templo suo. Id. l. 22.
c. 29. pulcherrimè applicat visio-
nem Prophetæ Elisæi, quod hīc
adscribere nimis longum visum
fuit, S. August. Serm. 2. de annunc.*

O 2.

Domi.

Conciliū Trid: antē Tridēt.

Domini. Sancta MARIA succurre miseris, juva pusilli nimes, refove flesbiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fœmineo sexu: Sentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant tuam commemorationem. Assiste parata votis poscentium, & repende omnib⁹ optatum effectum. Sint tibi studia assiduè orare pro populo Dei.

Euseb. de prepar. Evangel. l. 13. c. 7. Hæc nos quotidiè factamus quæ veræ pietatis milites, ut Dei amicos honorantes, ad monumenta quoque illorum accedimus, votaq; illis facimus, tanquam Viris sanctis, quorum intercessione ad DEUM non parum juvari profitemur.

*S. Chrysost. in sua Liturg. Pre-
cibus si q*

Articulus XI.

cur- cibus Domine ejus quæ te genuit
, re Deiparæ & semper Virginis M A-
, in RIÆ, Sanctarum omnium po-
pro testatum spiritualium, pretiosi
ciant Prophetæ præcursoris ac bapti-
cun- sta Joannis, Sanctorum gloriofo-
mo- rum Apostolorum & sancti Ni-
otis- colai, cuius & memoriam, cele-
nib- bramus, miserere & serva nos.

stu- *Id. ibid.* Intercessione imma-
Dei. culatæ Dominæ nostræ DEI paræ
/., 13. & semper Virginis M A R I Æ, di-
titia- gnum me fac, ut sine condemna-
es, ut tione accipiam, immaculatum,
mo- uum donum.

ccc. *S. Gregorius Nazianz. Serm. 21.*

tan- de laud. Athanafij. At enim verò
n in vir mihi charæ & sacrosancte, nos
rùm benignus è cœlis aspicias, atque
Pre- hunc populum gubernes, meq;
cibus si quidem res pacatæ futuræ sint,

Conciliij Trid. antè Trident.

in vicâ teneas, gregemq; meum
pascas: si autem Ecclesia bellis
flagratura est, reducas, assumas,
tecumque & cum cui similibus
colloces, tametsi magnum sit
quod postulo.

*Gregor: Nyssenq vit. S Ephrem
Syri: ipsum Sanctum sic alloqui-
tur: Hanc laudandi Provinciam
alacrius cepimus, cum multis a-
lijs rationibus adducti cum cura
illa, quam in homine ejusdem no-
minis liberando adhibuisti: is e-
nim nos ad onus subeundū im-
pulit, qui à posteris Ismaël in-
bello captus, & procul à Patria
diu commoratus, cum ad eam
reverti cuperet, & viam com-
diorem ignoraret, admirabili o-
pe tuâ ratione ad salutē aptam
invenit, & quod optaverat ei
conse-*

Articulus XI.

consecutus. Num cùm in maxi-
mum vitæ discrimen adductus
fuisse, quoniam omnes viæ bar-
barorum copijs interclusæ tene-
bantur, te nomine tantùm invo-
cavit, dicens: Sancte Ephræm
adjuva me: atque ita tutò peri-
culorum laqueos evasit, mors
témq; neglexit, & inopinam sa-
lutem assecutus, Patriæ, auxilio
tuo munitus, præter spem red-
ditus est.

S. Ambrofius lib. de Viduis. Ma-
gnis, inquit, tenebatur febribus,
& rogaverunt illum pro eâ. Et
tu habes proximos, qui Deo pro
te supplicant, habes Apostolos
proximos, habes Martyres pro-
ximos, si ipsa Martyrib⁹ devotio-
nis societate, misericordiæ quo-
que muneribus appropinques.

O 4

Ama

Conciliij Trid. antè Tri. dnt
Ama ergò propinquitatē Petri
affinitatē Andreæ, ut pro te
rogent, & recedant cupiditatis
tuæ verbo D. E. I pulsæ.

*Idem S. Ambrosius Orat: d. fid:
resurrect: in fin. Quid mihi su-
perest solatij, quām quod me ci-
tiūs ad te frater spero venturum,
nec digressūs tui inter nos lon-
ga divortia tore, cuiusq; intercel-
litionibus mihi hoc posse confer-
ri, ut citiūs desiderantem tui ad-
voceſ.*

*Ephræm Serm: de sanctis Mar-
tyribus. Precamur Beatissimi
Martyres, qui pro Domino Sal-
vatore, próque illius charitate
spontè & impigrè tormenta subi-
stis, atque ideo familiariūs Do-
mino conjuncti estis, ut pro noi-
bis miseris & peccatoribus, & ne-
gligen-*

Articulus XII.

gligentia squalore sordentibus,
Dominum interpellare digne-
mini. *Et circa finem.* Nunc igitur
ô beatissimi Viri, ô gloriosissimi
Martyres D E I, me miserum ve-
stris juvate precibus, ut in illa
hora misericordiam consequar,
quando manifesta erunt occulta
hominum.

Articulus Duodecimus.

Sanctorum reliquias esse
venerandas.

Verba Concilij.

Sanctorum reliquias esse vene-
randas.

Clemens Roman. Constit: Apo-
stol: lib: 6. c. 29. Eorum qui
apud D E U M vivunt, ne reliquiæ
quidem corporum sunt in hono-

O 5 ratæ.

Concilij Trid: antē Trident.
ratæ. Siquidem Eliséus Prophe-
ta, postquam defunctus est, mor-
tuum suscitavit, à Pyratis Syria
occisum. Attigit enim corpus
eius corpus Eliséi, & excitatus re-
vixit, quod quidem nunquam
accidisset, nisi corpus Eliséi san-
ctum esset.

*S. Gregorius Nyssenus Orat: in S.
Theodor. Martyrem.* Anima qui-
dem ex quo sublimis abiec̄, in
suo loco acquiescit, & corpore
soluta, cum sui similibus unā vi-
vit: corpus verò venerandum
& immaculatum, illius instru-
mentum cum multo honore &
cultu compositum atque orna-
tum, in augusto sacróq; loco si-
tum est: quod veluti res chara-
magníq; estimata atque recon-
dita, ad temp^o regenerationis re-
seruat.

Articulus XII.

reservatur. Et mox describens peregrinum, ad sepulchrum alicuius Sancti venientem: Ubi his oculos oblectavit, cupit deinceps ipsi conditorio appropinquare, sanctificationem, ac benedictionem contredictionem, ejus esse credens. Quod si quis etiam pulverem, quod conditorum, ubi Martyris corpus quiescit, obtutum est, auferri permittat, promunere pulvis accipitur, ac tanquam res magni precij condenda terra colligitur. Nam ipsas attingere reliquias, si quando aliqua ejusmodi prospera fortuna contingat, ut id facere liceat, quam id sit multum desiderandum & optandum, ac sumarum precium donum, sciunt experti & ejus desiderij compotes facti.

Conciliū Trid: antē Trident:

Eusebius l. 7: hist. c. 19. scribit.
Cathedram S. Jacobi Apostoli
primi Hierosolymor: Episcopi,
ab ejus successorib⁹ magnā cum
æstimatione ac veneratione ad
sua usque tempora fuisse servatā.

S. Iustin Martyr ad q. 28. Gentil.
Sanctorum corpora & sepulchra,
dæmonum amoliuntur insidias,
& morborū ab arte medica com-
ploratorum conferūt sanationes.

S. Gregorius Nazianz. Orat. in-
vect. 1. in Julian. quod est nom. 47.
Quorum (Sanctorum) vel sola
corpora idem possunt, quod a-
nimæ sanctæ, sive tangantur, sive
honorētur: quorū vel solæ sāgvi-
nis guttæ, atque exigua passionis
signa idē possunt, quod corpora.
Hæc non colis, sed contemnis.

Idem Orat. 48. Non jam Mar-
tyrum

Articulus XII.

tyrum sepulchris ignem admo-
vebunt, ut per eorum ignomi-
niām alios à certamine deterre-
ant, non jam Sanctorū reliquias
cum ossibus contēptissimis per-
contēptum permixtas flammis
absūment.

S. Augustinus serm. 29. de Sanctis.
Si tunc opem ferre poterat um-
bra corporis, quantò magis nunc
plenitudo virtutis? Si tunc sup-
plicantibus proderat aura quædā
pertransēuntis, quantò magis
nunc gratia permanentis? Me-
ritò per omnes Christi Ecclesias
auro pretiosius habetur ferrum
illud pœnaliū vinculorum. Si
tām medicabilis fuit obumbra-
tio visicantis, quantò magis ca-
tēna vincientis? &c.

*S. Ambrosius Epist. 85. agens de
inven-*

Concilij Trid: antē Trident.

inventione corporum SS. Gervasij & Protasij martyrum: Vidi
stis ipsi multos à Dæmonijs pur-
gatos, plurimos etiā ubi vestem
Sanctorum manib⁹ contigerunt
his quibus laborabant debilita-
tibus absolutos. Reparata vetu-
sti corporis miracula, quo se per
adventum Domini J E s u gratia
terris major infuderat, umbrā
quadam sanctorum corporum
plerosq; sanatos cernitis. Quan-
ta oraria jactitantur? quanta
indumenta super reliquias sacra-
tissimas, ut tactu ipso medicabi-
lia reposcātur? Gaudent omnes
extremā lineā contingere, & qui
contigerit, salvus erit. Fruuntur
nobiles reliquiæ sepulchro igno-
bili, ostenduntur cœlo trophæa,
sanguine tumulos madet, suc-

sedapt

Articulus XII.

cedant victimæ triumphales in locum, ubi Christus hostia est, Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est: isti sub altari, quia illius redempti sunt passio- ne. *Hunc* ego locum prædesti- naveram mihi. *Dignum* est e- nim, ut ibi requiescat Sacerdos, ubi offerre consuevit. Sed cedo sacris victimis dexteram portio- nem, locus iste martyribus debebatur. *Condamus* ergo reli- quias sacrosanctas & dignis ædi- bus invehamus, totumque diem fidâ devotione celebremus.

Id. serm: 91. invehitur in Ar- rianos qui negare volebant seve- ro Lanioni notorio cæco, attacatu vestimenti dictorum SS. Marty- rum vitam suisse restitutum, di- cens: *detestabilior* istorum quam *Indæos*

Concilij Trid. antè Trident.

Judæorum pertinacia. Illi cùm dubitarent, vel parentes interrogabant. Isti occultè interrogant, palam negant: jam non operi increduli, sed authori.

Istius cæci sanaci meminie quoque *S. Augustinus l. 22. de Ci-
vit. Dei c. 8.* Miraculum quod Mediolani factum est, cùm illic essemus. quando illuminatus est cæcus, ad multorum notitiam potuit pervenire, quia & grandis est civitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenso populo teste res gestæ est, concurrence ad corpora Martyrū Procasij & Gervasij. Quæ cùm laterent & penitus nescirentur, Episcopo, Ambrosio per somnium revelata reperita sunt, ubi cæcus ille depulsiis veteribus tenebris diem videt.

Idem

Articulus XII.

Idem ibid. recenset. Miracula ad reliquias Beati Stephani facta, quorum unum hic pono. Ad aquas Tibilitanas, inquit, Episcopo afferente Projecto reliquias gloriofissimi Stephani, ad ejus memoriā veniebat magnæ multitudinis concursus & occursus. ibi cæca mulier, ut ad Episcopū portantem pignora sacra, duceretur, oravit; flores quos ferebat, dedit: recepit, oculis admovit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem ulterius non requirēs. Legatur tota ista Epistola, quia plena est miraculis, ad reliquias Sanctorum factis.

S. Hieronymus Epist. 53. Agis Vigilātum os fætidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra

Concilij Trid. ante Trident.

contra sanctorū Martyrum pro-
ferre reliquias, & nos qui eas su-
scipimus appellare cinerarios, &
idololatras, qui mortuorū homi-
num ossa veneremur, O felicem
hominem, & omni lacrymarum
fonte plangendum, qui hæc di-
cens non se intelligat, esse Sama-
ritanum & Judæum, qui corpo-
ra mortuorum pro imundis ha-
bent. Honoramus reliquias Mar-
tyrum, ut eum cujus sunt Marty-
res adoremus. Honoramus ser-
vos, ut honor servorum redun-
det ad Dominum, qui ait, qui
vos suscipit, me suscipit. Ergo
Petri & Pauli imundæ sunt reli-
quia? Ergo Moysi corpusculū
imundum erit? quod juxta He-
bräicam veritatem ab ipso sepul-
tum est Dño? Et quotiescunq;

Apō.

Articulus XII.

Apostolorum & Prophetarum & omnium Martyrum basilicas ingredimur, toties idolorū templaque veneramur? Accensiq; antē tumulos eorum cerei, idololatriæ insignia sunt? Ergo & Domini Corpus in sepulchro positum immundū fuit? & Angeli qui candidis vestibus utebantur, mortuo cadaveri atque polluto præbebant excubias? Si non sunt honorandæ reliquiæ Martyrum, quomodo legimus: pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

S. Chrysostom, lib. contr. Gentil. de vit. S. Babilæ. Poterat Babylas vel exemplo Henoch transferri, vel Heliæ modo rapi, ut qui utriusque æmulator fuerat. At Deus quâ est in humanum genus benignitas.

Concilij Trid: antè Trident.

gnitate, inter alias, quas in fini-
tas nobis salutis nostræ occasio-
nes dedit, & hanc quoque viam
nobis à se munitam esse volui-
idoneum ad virtutem capessen-
dam stimulum, relictis scilicet
interim apud nos Sanctorum re-
liquijs. Nam post sermonis fa-
cultatem, ipsa certè Sanctorum
sepulchra proximum locum ob-
tinent ad animas hominum in-
ipsos Sanctos intuentium ad vir-
tutum earundem æmulationem
excitandas.

*Et postquam recensuerat, quod in
translatione reliquiarum S. Babyla
Dæmon obmutuerat, inquit: Ea est
Sanctorum potestas, ut illorum
supersticium dæmones ne umbras
quidem, aut vestes ferre possint,
vitâ autem functorum & loculos
quoque reformident.*

Articulus XII.

Ecclesia Smyrnensis in Epistola ad Catholicam Ecclesiam toto orbe diffusam de Polycarpi, qui Sancti Joannis Apostoli discipulus fuit, martyrio: Nos postea ossa ejus potiora lapillis preciosis, auróque puriora, è cineribus selecta, eo loco reposuimus, qui illis erat decorus consentaneusque. Ubi sanè nobis in unum aliquando coactis Dominus præstabit, ut celebrem ejus Martyrij diem, instar natalis festi, cum exultatione & gaudio quantum fieri potest maximo, recolamus.

S. Gregorius Nazianzenus Orat.
29. in laud. Cypriani. Vestræ jam partes sunt, ea quæ restant, à vobis metipsis adjungere, ut non nullum ipsi quoque Martyrum munus offeratis, dæmonum profligati.

Conciliij Trid. antē Tridēt
fligatiō nem, morborum depul-
sionem, futuratum rerum p̄a-
scientiam: quæ quidem omnia
vel cineres Cypriani, modò fides
adsit, efficiunt: quemadmodūm
norunt, qui hujus rei periculum
fecerunt, ac miraculum ad nos
usque transmiserunt, ejusdēmq;
memoriam posteris quoque tra-
dituri sunt.

Articulus Decimus Tertius.
Imagines Christi & Sancto-
rum venerandas esse.

Verba Conciliij.
Firmissimè affero Imagines Chri-
sti, ac DEI paræ semper Virginis,
nec non aliorum Sanctorum, ha-
bendas & retinendas esse, atque ijs
debitum honorem, ac veneratio-
nem impertiendam.

Articulus XIII.

Sanct. Basilius Magn. conter Julian. Imperat. ut citatur in Synodo 2 Nicana act. 4. Historias imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis a Sanctis Apostolis non est prohibitum. sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum historias erigimus.

Idem lib: de Spiritu S. cap. 18.
Rex dicitur etiam Regis imago, & non duo Reges: neque enim imperium scinditur, neque gloria dividitur. Quemadmodum enim principatus & potestas una est, quae nobis dominatur: sic etiam glorificatio a nobis una est, & non multae, propterea quod imaginis honor ad exemplar ascendit.

Eusebius, Cæsareensis histor. Ecclæs.

Conciliū Trid. antē Trident.
clos. b. 7. c. 18. Mulierem illam des-
sanguinis profluvio afflictatam, dā-
quam Sanctorum Evangeliorum na-
testimoniō à Servatore nostro me-
morbi remedium invenisse co-
gnovimus, ex Cæsarea Philippi dica-
ortam esse, ac domum ejus in il-
la ostendi, & admirabilia quædā expi-
Servatoris in eam beneficio mo-
nimenta, & quasi trophya ad hoc
tempus durare memorant. Prä-
foribus enim domus illius, anēā
mulieris effigiem genibus flexis
& manibus instar supplicantis in
anteriorem partem extensis su-
per editum lapidem collocatū,
huic à regione, Viri erectam
imaginem ex eadē materia con-
flatam, vestitu ad talos demisso,
decenter ornatā, & manum mu-
lieri porridentem; ad cujus pe-
des in

Articulus XIII.

am des in ipsa basi peregrinā quan-
n, dām & inusitatā herbae speciem
um enasci; quam quidem, ubi ad
istro rnei vestitūs fimbriam excreve-
co- rit, morbis cujūsq; generis me-
ppi dicandi vim & facultatem habe-
il- te. Hanc statuam effigiem JESU
edā exprimere dicunt: quam ad no-
nos stram usque ætatem manentem,
nōc ipsi ad eam civitatem profecti o-
Præ culis cernebamus'. Nec planè
ocā mirum, eos qui ex gentilib⁹ pro-
xis goaci à Servatore dum inter ho-
mīnes vivebat, beneficijs affecti
su- fūsſent, ista effeciſſe: cūm &
nos Petri & Pauli Apostolorum
& Christi etiam ipsius imagines⁹
in picturis, colorum varietate ex-
pressas, conservatāsque aspexe-
rimus.

De hac eadem Imagine scribit
P Zozet-

Concilij Trid. antè Trident.

Zozomenus lib. 5. c. 21. Cùm cer-
tior factus esset (Julianus Apo-
stata) Cæsareæ Philippi præclarā
esse Christi statuam, quam mu-
lier quæ sanguinis profluvio la-
borabat, cùm esset morbo libe-
rata, ibi collocaverat, eam des-
turbavit, suāmque in ejus loco
posuit. Quo facto ignis violen-
tus de cœlo delapsus, statuam
eam circiter pectus dissecurit, ca-
pūcq; unā cùm collo in terram
dejecit, atque in faciem humi eā
in parte defixit, quæ fuerat à pe-
store divulsa. Ex quo quidem
tempore ad hodiernum diem
stra, tanquam fulminis iectu am-
busta manet. Id temporis Gen-
tiles statuam Christi tantā cum
violentia trahebant, ut eam con-
fringent. At Christiani postea,
cùm

Articulus XIII.

cum ejus fragmenta collegissent,
in Ecclesia posuerunt, ubi etiam
idhuc custoditur.

*Atbanasius serm: 4. contr: Ar-
rian: In imagine regiâ species
regis & forma apparet, & in re-
ge imaginis species: sine enim,
omni disrepanciâ vultus regis
in imagine expressus est, ut qui
videt imaginem, videat in eâ re-
gem: & vicissim, qui regem in-
ueatur, agnoscat illum ipsum e-
undem esse, qui in imagine re-
presentatur. Cæterum quia in
ambobus nulla est dissimilitudo,
si quis post conspectam imaginis
velit regem videre, huic ad
eum modum ita imago jure lo-
queretur: Ego & Rex unum su-
mus: Ego enim in illo sum & il-
le in me, & quod in me animad-*

Conciliū Trid: antē Trident.
vertis, id quoque in eo animad-
vertis. & quod videris in illo, vi-
deris & in me. Qui igitur ado-
rat imaginē, in illā adorat ipsum
regem, quippe cùm ipsa imago
nihil aliud sit, quām Regis for-
ma ac species.

*S. Damascenus lib: 4. Orthodox:
fid. c. 17.* Quoniam nonnulli eo
nomine nos reprehendūt, quod
Salvatoris ac Dominæ nostræ re-
liquorūq; Sanctorum ac Chri-
sti servorum imagines adoram⁹
atque honore afficimus, audiam⁹
quod à principio Deus homi-
nem ad suam imaginem fecerit.
Cujus igitur gratiā in vicem ado-
ramus, nisi quatenus ad imagi-
nem DEI facti sumus. Nam ut
inquit Deifer & magnus in di-
vinis Basilius, imaginis honor ad-

exem-

Articulus XIII.

ad. exemplaris trāsfertur honorem.
vi. Verūm quia non omnibus hoc
do. contingit, ut litteras norint, ac
um lectioni operam impendant, id-
igo circò Patribus visum est, ut re-
for- fricandæ quam primūm memo-
ox: riæ causâ hæc tanquam præclara
eo quædam trophæa in imaginibus
od pingerentur. Siquidem persæ-
re. pè non venit, ut Domini passio-
ri- nem animo minimè versantes,
m9 conspectâ Christi crucifixi ima-
ne, in salutiferæ passionis me-
moriā redeamus, ac prostrati,
ni- non materiam, sed eum cuius i-
rit, mago effingitur, adorem⁹: Qué-
o- admodūm videlicet nec Evange-
gi- lici codicis materiam, nec cru-
ut cis materiā adoramus, verūm id
di- quod per ea exprimitur. Quod
ad etiam de Dei Matre sentiendum

Concilij Trid: ante Trident.
est. Etenim is honor, quem ei
adhibemus, ad eum qui carnem
ex ipsa assumpsit, resurget: iteque
egregia sanctorum Virorum fa-
cinora, quae nos ad animi magni-
tudinem & zelum virtutisq; co-
rum imitationem ac Dei glo-
riam exstimalant. Nam uti dixi-
mus, honor ille, quo probos co-
servos afficimus, nostrae erga
communem Dominum benevo-
lentiæ argumentum est, atque i-
maginis honor ad exemplar trans-
fus. Est autem hæc traditio ex
carum numero, quæ Scripturæ
verbis minimè expressæ sunt.

*Heliadius Cesareensis in vit. S.
Basilij antecessoris sui. Pius Vir
Dominæ nostræ a stabat in imagine
in qua etiam Mercurij celebris
Martyris figura descripta erat.*

Asta-

Articulus XIII.

Astabat autem supplicans, ut im-
pius Julianus Apostata tolleretur.
Ex qua quidem imagine didicit,
quid esset venturum. Vedit e-
nīm Martyrem exiguum ad tem-
pus obscurum, non autem mul-
tō post hastam tenentem.

S. Hieronymus Epist: 27. ad Eu-
stachium de Epitaphio Paule c 3.
Hierosolymis cuncta loca tanto
ardore ac studio circumivit, ut
nisi ad reliqua festinaret, à pris-
mis non posset abduci, prostra-
tāque antè crucem, quasi pen-
denteum Dominum cerneret, a-
dorabat. Ingressa Sepulchrum,
resurrectionis osculabatur lapi-
dem, quem ab ostio monumenti
amoverat Angelus. Ec ipsum
corporis locum, in quo Domi-
nus jacuerat, quasi stiens desi-
derat.

Conciliū Trid: antē Trident:
deratas aquas, fidelī ore lambe-
bat.

Gregorius Mag: lib: 7. Epist: 54.
ad Secundinum: Imagines quas
tibi dirigendas per Dulcidium
diaconū rogāsti, misimus. Undē
valdē nobis tua postulatio pla-
cuit, quia illum toto corde, totā
intentione queris: cuius imagi-
nem præ oculis habere desideras.
Abste non facimus, si per visi-
bilia invisibilia demonstramus.
Sic homo qui alium ardenter vi-
dere desiderat, aut Sponsam a-
mans videre conatur, si contige-
rit eam ad balneū aut ad Eccle-
siam ire, statim per viam inces-
denti se præparat, ut de visione
eius hilaris recedat. Scio quidē
quod Imaginem Salvatoris no-
stri nō ideo petis, ut quasi Deum
colas.

Articulus XIII.

colas, sed ob recordationem Filij
DEI in ejus amore recalescas,
cujus te imaginem videre desis-
deras. Et nos quidem non qua-
si ante divitatem, antè illam
prosternimur, sed illum adora-
mus, quem per imaginem au-
natum aut passum, sed & in
Throno sedentem recordamur.
Et dum nobis ipsa pictura quasi
scriptura ad memoriam Filium
DEI reducit, animum nostrum
aut de resurrectione latificat, aut
de passione demulcit. Ideoque
direximus tibi sudareas duas, I-
maginem DEI Salvatoris, & san-
cta DEI genitricis MARIAE, Bea-
torumque Apostolorum Petri &
Pauli continentes, per supradi-
stum filium nostrum Diaconum,
& unam crucem, clavum etiam

Concilij Trid: antē Trident.

pro benedictione à sanctissimo
corpo Petri Apostolorū Prin-
cipis, ut per ipsum à maligno de-
fensus permaneas, cuius signo te
esse munitum credis.

Synodus Nicæa secunda aet. 7.
Fatemur unanimiter nos Eccles-
iasticæ traditiones, sive scripto,
sive consuetudine valentes & de-
cretas, retinere velle, quarum de
numero est imaginum effigura-
cio, ut quæ historiæ Evangelicæ
promissionis concinant, ad cre-
dulitatem veræ & non phanta-
sticæ Incarnationis Dei, & ad u-
tilitatem similitudinis, quam no-
bis exhibet, utiliter inventam.
His sic se habentibus, regiam vi-
am incedentes, & Sanctorū no-
strorum & divinorum Patrum
doctrinæ insistentes, & Catholi-

. cæ Ec-

Articulus XIII.

æ Ecclesiæ, in qua Sanctus Spiritus inhabitat, traditionem observantes; definimus cum omni diligentia & cura, venerandas & sanctas Imagines ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis & coloribus, tessellis, aut aliâ quavis materiâ comodè paratas dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque: tum in sacris vasis & vestibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus privatis, in vijs publicis: maximè autem imaginem Domini & Dei Servatoris nostri JESU Christi: Deinde intermeratae nostræ Dominae Dei paræ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde Sanctorum Virorum. Quo scilicet per haec imaginum pictarum inspe-

Concilij Trid: antè Trident:
Etionem, omnes qui contéplan-
tur, ad prototyporū memoriam,
& recordationem & desiderium
veniant, illisque salutationem &
honorariam adorationem exhibeant,
non secundūm fidem no-
stram, veram latrīā, quæ solūm
naturæ Divinæ competit: sed
quemadmodūm typo veneran-
dæ & vivificantis crucis & san-
ctis Evangelij, & reliquis sacris
oblationibus suffitorum & lumi-
narium reverenter accedimus,
quemadmodūm veterib⁹ piè in
consuetudinem hoc adductum
est. Imaginis enim honor in
prototypum resultat, & qui ado-
rat imaginem, in eā adorat quo-
que descriptum argumentum.
Sic enim Sanctorū Patrum no-
strorum obtinet disciplina, vel
tradi-

Articulus XIII.

traditio Catholicæ Ecclesiæ, quæ
à finibus usque ad fines Evange-
lium suscepit.

*Et in fine actionis 4tæ: Vene-
rādas Imagines veneramur. Nos
veteri Ecclesiæ legislationi insi-
stamus. Nos statuta Patrum cō-
servemus. Nos qui addunt aut
afferunt aliquid de Ecclesia, a-
nathematizamus. Nos veneran-
das imagines salutam⁹. Nos qui
sic nolunt, anathemati subij-
cimus.*

Articulus Decimus Quartus.

Esse Indulgentias.

Verba Concilij.

*Indulgentiarum etiam potesta-
tem à Christo in Ecclesia relictam
fuis-*

Concilij Trid. ante Trident.
fuisse, illarumq; usum Christiano
Populo maximè salutarem esse, af-
firmo.

CLEMENS Romanus Constit: A-
postol: lib. 2 c. 16. Cùm deli-
quisse videris, jube ejici foras:
Postea jubebis ingredi, & facta e-
xaminatione, an pœnitentia, sicque
dignus qui in Ecclesiam ex toto
admittatur: castiga illum jeju-
nijs duarum, aut trium, aut quin-
que, aut septem hebdomadarū,
ut delicti genus & ratio popo-
scerit.

Petrius Alexandrinus de Pœnit:
Canon: 1. de ijs, qui post multa tor-
menta sacrificárunt: Qui non
sponte ad ea devenerunt, sed à
carnis imbecillitate prodigi-
mata Iesu Christi in corporib⁹
ostentant, & anno jam tertio de-
fleant,

Articulus XIV.

flent, ijs ab adventu per revocationem in memoriam alij quadraginta dies inungantur. *Et Canon: 5.* Quoniam per ignorariam id eos fecisse non est compertum, eis semestre imponetur in pœnitentia conversionis. Sic enim ipsi quoque magis juvabuntur.

Concilium Nicænum Can: II. De
ijs qui sine necessitate, vel sine facultatum suarum ablatione, vel sine periculo ullo, vel aliquo eiusmodi, transgressi sunt, quod sub Licinij tyraonide factum est, Synodo visum est, etsi humanitate indigni sunt, clementiam tam & benignitatem eos uti. Quicunq; ergo germanè & verè pœnitentiā duocuntur, tres annos inter auditores exigent, ut fideles & se-

Conciliij Trid. antè Trident.

& septem annis prosternentur,
supplices: duobus autem annis
absque oblatione erunt, oratio-
num cum populo participes.

Et Canon: 12. Quicunque &
metu & lacrymis & tolerantiâ &
bonis operibus conversionem,
& opere & habitu ostendunt, hi
impleteo auditionis tépore quod
præfinitum est, meritò orationū
comūnionem habebunt cum
eo, quid liceat etiam Episcopo
humanius aliquid de ijs statue-
re.

Concilium Laodicense Canon. 2.
Oportet eos, qui in diversis deli-
ctis peccant, & in oratione con-
fessioneque & pœnitentiâ forti-
ter perseverant, & se à malis per-
fectè convertunt, tempore pœ-
nitentiae eis pro delicti proporti-
one

Articulus XIV.

one dato, propter Dei miserationes & bonitatem, offerri communioni.

Basilius Mag. Epist: ad Amphibio Can. 59. Fornicator septem annis non communicabit, duobus deflens, & duobus audiens, & in uno solo consistens, octavo auctem ad communionem admittetur.

Tertullian: c. 6. de Pœnit. Quām porrò ineptum, quām pœnitentiam non adimplere & veniam delictorum sustinere? hoc est, premium non exhibere, ad mercem manuē emittere. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit. Hac pœnitentia cōpensatione redimendam, proponit imputatam.

Cyprianus lib: 3. Epist. 8. Legimus

Concilij Trid. antè Trident. mus litteras tuas Frater charissi- me, quibus significasti de Victo- re quodam Presbytero, quod ei antequam pœnitentiam plenam egisset, & Domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temerè Therapius collega noster imma- turo tempore & præpostera fe- stinatione pacem dederit. Quæ res nos satis movit, recessum esse à decreti nostri autoritate, ut ante legitimum & plenū tempus satisfactionis, & sine petitu & cō- scientiâ plebis, nullâ infirmitate urgente, ac necessitate cogente, pax ei concederetur. Sed libra- to apud nos diu consilio, satis fuit objurgare Therapium, quod temerè hoc fecerit, & instruxisse, ne quid tale de cætero faciat.

Idem lib. 3. Epist. 18. Petitio- nes &

Articulus XIV.

nes & desideria vestra Episcopo
seruent, & ad pacem vobis peté-
tibus dandam, maturum & pa-
catum tempus expectent.

S. Augustin. Enchirid: ad Laur.
cap. 65. Sed neque de ipsis crimi-
nibus quamlibet magnis remit-
tendis in sancta Ecclesia, Dei de-
speranda est misericordia, agen-
tibus pœnitentiam, secundum
modum sui cuiusq; peccati. In
actione autem pœnitentiæ, ubi
tale crimen commissum est, ut
is, qui commisit, à Christi etiam
corpo separetur, non tam con-
sideranda est mensura temporis
quam doloris, cor enim contri-
tum & humiliatum Deus non
spernit, verum quia plerumque
dolor alterius cordis occultus est
alteri, neque in aliorum notitia
per ver-

Conciliij Trid. antè Trident.

per verba vel quæcunque alia si-
gna procedit, cùm sit coram il-
lo, cui dicitur gemitus meus à te
non est absconditus; rectè con-
stituuntur ab ijs, qui Ecclesiæ præ-
sunt, tempora pœnitentiæ ut fiac-
etiam satis Ecclesiæ, in qua re-
mittuntur ipsa peccata: extra-
eam quippe non remittuntur.

Articulus Decimus Quintus.

**Romanam Ecclesiam Ca-
tholicam, & omnium alia-
rum Matrem & Magi-
stram esse.**

Verba Conciliij.

*Sanctam Catholicam & Apo-
stolicam Romanam Ecclesiam, omniū
Ecclesiarum, Matrem, & Magi-
stram agnoscō.*

Articulus XV.

Eusebius Papa Epist. 3. Benedi-
ctus Dominus Deus noster,
qui per misericordiam suam, Ro-
manam Ecclesiam Beati Petri A-
postolorum Principis Sacerdotio
ditavit, nobisq; viam monstran-
dam circa nos (propter univer-
salē curam, quæ nobis est pro-
pter privilegium ejusdem Eccle-
siae) invicem charitatis indulxit.

*Gelasius Episcopus omnibus Epi-
scopis (babetur 9. q. 3.)* Cuncta
per mundū novit Ecclesia, quod
Sacrosancta Romana Ecclesia de
omni Ecclesia fas habeat judi-
candi, neque cuiquam de ejus lis-
ceat judicare judicio, siquidem
ad illam de qualibet mundi par-
te appellandum est, ab illa autem
nemo est appellare permisus.
Sed nec illa præterimus, quod A-
postor.

Conciliij Trid: ante Trident.
postolica Sedeſ ſine ulla Synodo
præcedente exolvendi quos Sy-
nodus iniqua damnaverat: &
damnandi nulla existente Syno-
do, quos oportuit, habeat facul-
tatem: & hæc nimirum pro ſuo
principatu, quem B. Petrus Apo-
ſtolus Domini voce & tenuit
ſemper & retinebit.

Epiphanius p. hæres. 80. d. fid.
Cathol. Eccles. Civitatem viden-
tes ad ipsam festinemus ſanctam
Hierusalem & Virginem Christi
ac Sponsam, ſecurumque funda-
mentum ac Petram & reverendā
Matrem noſtrā, tempeſtive &
ipſi dicentes: Venite ascenda-
mus in montem Domini, & in
domum Dei Jacob, & annun-
ciabit nobis viam ſuam. A nego-
cij hæreſeſ odiolifſimis quie-
ſcamus,

Articulus XV.

scamus, & a tempestuosis earundem motibus quiescamus. & in sancta Mater nostra Ecclesia, & in sancta tua doctrina, & sancta ac sola Dei fide in veritate refrigeremus.

Concilium Romanum I. sub Gelasio: Post Propheticas, Evangelicas, acque Apostolicas Scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quavis universae per orbem Catholicæ Ecclesiæ unus Thalamus Christi sit, sancta tamen Romana Catholica, & Apostolica Ecclesia, nullis Synodis constitutis cæteris Ecclesijs prælata est, sed Evangelicâ voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit; Tu es Petrus inquit, & su-

Conciliū Trid: antē Trident.
& super hanc Petram ædificabo
Ecclesiam meam. Est ergo Pri-
ma Petri Apostoli Sedes, Roma
na Ecclesia, non habens macu-
lam neque rugam, nec aliquid
hujus modi.

Cyprianus lib. 1. Epist. 6. Eccl-
esia una est, quæ una & intus esse,
& foris non potest. Si enim apud
Novatianum est, apud Cornelium
(Rom: Pontifici) non fuit; Si
verò apud Cornelium fuit, qui
Episcopo Fabiano legitimâ or-
dinatione successit, & quem pro-
pter sacerdotij honorem Marty-
rio quoque Dominus glorifica-
vit. Novatianus in Ecclesia non
est, nec Episcopus computari po-
test, qui Evangelica & Apostoli-
câ traditione contemptâ nemini
succedens, à seipso ordinatus est.

Idem

Articulus XV.

Idem de simpl. Prælator. Ecclesie
Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamē lumen est quod ubiq; diffunditur, nec unitas corporis separatur: ramos suos in universam terram copiâ ubertatis extendit: profluëtes largiter rivos lati⁹ expādit, unū tamē caput est, & origo una, & una mater fœcūditatis successib⁹ copiosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur. Ad adulterari nō potest Sponsa Christi, incorrupta est, & pudica. Unam domum novit, unius cubiculari sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos Deo servat, hæc filios regno, quos generavit, affignat. *Qui quis ab Ecclesia segregatus adulteræ adjungatur, à*

Q

P:Q-

Conciliū Trid. ante Trident.
promissis Ecclesiæ separatur.
Nec pertinet ad Christi præmia,
qui relinquit Ecclesiam Christi.
Alienus est, profanus est, hostis
est. Habere jam nō potest DEUM
Patrem, qui Ecclesiam non ha-
bet Matrem.

*S. Marcellus discip. Christi Epist.
ad Burdigal.* Sed firma Ecclesia
DEI & Christi, nec cadere, nec
disrumpi poterit unquam.

*S. Irenaeus lib. 4. advers. heres.
cap. 5.* Ubi Charismata Domini
posita sunt, ibi discere oportet
veritatem, apud quos est ea, qua
est ab Apostolis Ecclesiæ succes-
sio, & id quod est sanum & irre-
probabile conversationis & in-
adulteratum & incorruptibile
sermonis.

S. Augustin. lib. 12. contr. Faust. na v
cap:

Articulus XV.

cap. 2. Vides in hac re, quid Ecclesiæ Catholicæ valeat autoritas, quæ ab ipsis fundatissimis Sedi- bus Apostolorum, usque ad ho- diernum diem succedentium si- bimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione fir- matur..

Idem l. contr. Epistolam fundam: nec Manich: cap. 5. Ego verò Evan- gelio non crederem, nisi me Ca- tholicæ Ecclesiæ cōmoveret au- toritas.

Lactanti⁹ inst: divin: l. 4. c. 30.
Cùm Phryges aut Novatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Antropiani, aut Arriani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amissio humana & exter- na vocabula induerunt. Sola i-

Q. 2.

gitur

Concilij Trid. antè Trident.

gitur Catholica Ecclesia est, quæ
verum cultum retinet. Hic est
fons veritatis: hoc est domici-
lium fidei: hoc templum Dei:
quod si quis non intraverit, vel à
quo si quis exierit, à spe vitæ &
salutis alienus est.

*Alexander Alexandrin. Episc. E-
pist: ad Alexandr. Episcopi Con-
stantinopolit: unam & solam Ca-
tholicam Apostolicamq; semper
Ecclesiam agnoscimus, quæ in-
vincibilis est, licet omnis mundi
adversus eam pugnet, & victrix
totius adversæ impietatis existit,
incursionem evincit, ac profili-
gat, &c.*

*S. Ambrosius lib. de Salom. c. 4.
Ecclesia eis undarum fluctibus
atque procellis sapè vexatur,²
men nunquam potest sustinere*

nausis.

Articulus XV.

naufragium. Etsi quotidiè sacer-
lum istud, tanquam aliquod pe-
lagus, sortitur infestum, nunquā
eliditur ad saxum, nec mergitur
ad profundum.

*Pacianus Epist: 1. Sub Aposto-
lis, inquies, nemo Catholic9 vo-
cabatur. Esto sic fuerit, vel illud
indulge: cùm post Apostolos
hæreses extitissent, diversisq; no-
minibus columbam Dei atque
reginam lacerare per partes, &
scindere niterentur; nonnè co-
gnomen suum plebs Apostolica
postulabat, quod incorrupti po-
puli distingveret unitatem, ne
incemeratam Dei virginem er-
tor aliquorum per membra la-
ceraret? nōnè appellatione pro-
priâ decuit, caput principale in-
signiri?*

Q 3

Idem

Concilij Trid: antē Trident.

*Idem Epist: 3. Ecclesia est non
habens maculam neque rugam,
hoc est, hæreses non habens, nō
Valentinos, non Cataphrygas,
non Novatianos.*

*S. Augustin. quest: 110. in novum
& vetus Testam: Eorum qui ex-
tra Ecclesiam, vel contra Eccle-
siam sedes sibi instituerunt, Ca-
thedrā pestilentia dicimus. Qui
enim in concessa præsumit, reus
est: quantò magis si & corrum-
pat traditionem ejus cuius sedem
usurpat. Nam & ordinem ab A-
postolo Petro cœptum, & usque
ad hoc tempus per traducē suc-
cedentium Episcoporum serva-
tum perturbant, ordinem sibi
sine origine vendicantes, hoc est,
corpus sine capite proficentes.
Unde congruit etiam eorum se-
dem*

Articulus XV.

dem Cathedram pestilentiae ap-
pellare.

S. Hieronymus ad cap. 4. Isaie.
Super Petram fundata Ecclesia,
nullâ tempestate concutitur, nul-
lo turbine ventisq; subvertitur.
Idem ad c. 48. Ezechiel: Nomen
ipsius Civitatis nequaquam erit,
ut prius, Hierosolyma, quæ in-
terpretatur visio pacis : sed Je-
hova Hascham, quod in latinum
sermonem vertitur, Dominus
ibidem : qui nunquam recedat
ab ea, ut à priori populo ante-
discessit, dicens ad Discipulos :
Surgite abeamus hinc : & ad Ju-
dæos : Relinquetur domus ve-
stra deserta : sed æternā habeat
possessionem, & sit ei ipse posse-
sio, ijsdem Discipulis repromit-
tens ; Ecce ego vobiscum sum.

Q 4

usq;

Concilij Trid: antē Trident.
usq; ad consumationem sæculi.

S. Augustinus Psalm: 47. Hæc
est Civitas in monte posita, quæ
abscondi non potest. Hæc est lu-
cerna, quæ sub modio non oc-
cultatur, omnibus nota, omnibus
dissimilata: Non autem univer-
si cives ejus sunt, sed illi in qui-
bus magnus Dominus & lauda-
bilis valde. Quæ est ergo ista civi-
tas videam⁹, ne forte quia dictū
est: in civitate DEI nostri, in monte
sancto ejus, debeamus quærere
istum montem, ubi etiam exau-
diri possimus. &c. Et post multa:
Sed forte ista civitas, quæ mun-
dum tenuit, aliquando evergetur.
Absit: Deus fundavit eam in
æternum. Si ergo Deus eam
fundavit in æternum, quid times
ne cadat firmamentum?

Artic.

Articulus XVI.

Articulus Decimus Sextus.

Romano Pontifici, ut Petri
successori & Christi vica-
rio, obedientiam præ-
standam.

Verba Concilij.

Romanóque Pontifici, Beati Pe-
tri Apostolorum Principis, succe-
sori, ac F E S V Christi vicario, ve-
ram obedientiā spondeo, ac juro.

Sanct Hieronymus Epist: ad Da-
mas. d trib: bypostas: Quoniam
vetusto oriens inter se populorum
furore collisus, in discussam Do-
mini cuniculam, & desuper textam
minutaciam per frusta discerpit;
& Christi vineam exterminans
vulpes, ut inter lacus contritos,

Qs qui

Concilij Trid: ante Tridēt.

qui aquam non habent, difficile
ubi fons signatus & hortus ille
cōclusus sit, possit intelligi: ideo
mihi Cathedram Petri & fidem
apostolico ore laudatam censui
consulendam, inde nunc animæ
meæ postulans cibum, unde olim
Christi vestimenta suscepi. Neq;
verò tanta vastitas elementi li-
quentis, & inter jacens longitu-
do terrarum, me à preciosæ mar-
garitæ potuit inquisitione prohi-
bere. Apud vos solos incorru-
pta Patrum servatur hæreditas.
Vos estis lux mundi, vos sal ter-
ræ, vos aurea vasa & argentea.
Quanquam igitur me cui terre-
at magnitudo, invitat tamen hu-
manitas. A Sacerdote viētimam
salutis, à Pastore præsidium ovis
flagito. Facest invidia, Roma-
ni cul.

Articulus XVI.

ni culminis recedat ambitio, cū successore Piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior; super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comedenter profan⁹ est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui CHRISTI non est. Antichristi est.

*Et Epist: seq. ad eundem. Fgo
interim clamito; Si quis Cathe-
dræ Petri jungitur, meus est.*

S. Ambrosius & alij Episcopi Ep:
Synodica ad Siricum Papam Rom.

Q. 6 Rccg.

Conciliij Trid. antè Trident.

Recognovimus litteris Sanctitatis tuae boni pastoris excubias, qui diligenter comissam tibi januam serves, & piâ solicitudine Christi ovile custodias, dignus quem oves Domini audiât & sequantur. Et ideo quia nosti ovinulas Christi, lupos facile prehendis, & occurris, quasi providus pastor, ne isti morsib⁹ perfidiæ suæ, feralique ululatu Dominicum ovile dispergant.

Leo M. Epist: 87. Cùm in ordinationibus Sacerdotum quædam apud vos illicite usurpatae crebrior ad nos commenantur sermo perferret, ratio pietatis exegit, ut pro solicitudine quam universæ Ecclesiæ ex Divina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere.

Gelde

Articulus XVI.

*Gelasius Epist. 8. ad Anastas. Im-
perat. Si cunctis generaliter Sa-
cerdotibus, recte divina tractan-
tibus, fidelium convenit corda
submitti: quantò potius sedis il-
lius Præfuli consensus est adhi-
bendus, quem cunctis Sacerdo-
tibus & divinitas summa voluit
præminere, & subsequens Eccle-
siæ generalis jugiter pietas cele-
bravit?*

*Cyprianus l. 4. Ep. 8. Sed quo-
niam latius fusa est nostra Pro-
vincia, ne in Urbe Schisma factū
absentium, animos incertā op-
nione confunderet, placuit ut
per Episcopos ad comprobandā
ordinationem tuam factā autori-
tate maiore, per omnes omnino
in Provincia ista positos litteræ
fierent, sicut fiunt, ut te universi
colle-*

Concilij Trid. antè Trident.
collegæ nostri, & communicatio-
nem tuam, id est, Catholicæ Ec-
clesiæ unitatem pariter & chari-
tatem probarent, firmiter ac te-
nerent.

*Idem lib. 3. Epist. II. de reversis
ad Ecclesiam.* Ec ut ipsorū pro-
pria verba designem : Nos, in-
quiunt, Cornelium Episcopum
sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ
creatum à Deo omnipotente &
Christo Domino nostro scimus,
nec ignoramus unum Deum esse,
& unum Christum esse Dominum,
quem confessi sumus, unum Spi-
ritum sanctum, unum Episco-
pum in Catholicæ Ecclesia esse
debere.

*Idem lib. 4. Epist. 2. Ut Corne-
lium nobiscum verius noveris,
non de malignorum & detrahen-
tium*

Articulus XVI.

tiū mendacio, sed de Dei Ju-
dicio, qui cum Episcopum fecit,
& coepiscoporum testimonio,
quorum numerus universus per
totum mundum concordi una
nimilitate consensit. Factus est e-
nīm de Dei & Christi ejus judi-
cio, de Clericorum penē omniū
testimonio, de plebis quæ tunc
affuit, suffragio, & de Sacerdotū
antiquorū & bonorū virorū col-
legio, cūm nemo antē se fact⁹ es-
set, cūm Fabiani loc⁹ id est, cūm
locus Petri & gradus Cathedræ
Sacerdotalis vacaret, quo occu-
pato de Dei voluntate atque o-
mniū nostrūm cōsensione fir-
mato, quisquis jam Episcopus fi-
eri voluerit, foris fiat necesse est,
nec habeat Ecclesiæ ordinationē,
quia Ecclesiæ nō tenet unitatem,
quis-

Conciliū Trid: antè Trident:
quisquis ille fuerit, multūm licet
de se jactans, & sibi plurimūm
vendicans, profanus est, alienus
est, foris est. Et cūm post primū
secundus esse nō possit, quisquis
post unum, qui solus esse debeat,
factus est, non jam secundus ille,
sed nullus est.

Idem de simplic. Prælator. Tra-
statu longo atque argumentis o-
pus non est. Probatio est ad fi-
dem facilis compendio veritatis.
Loquitur Dominus ad Petrum:
Ego tibi dico, quia tu es Petrus, &
super istā Petram ædificabo Ec-
clesiam meam, & portæ infero-
rum non vincent eam. Tibi da-
bo claves regni cœlorū, & quæ
ligaveris super terram, erunt li-
gata & in cœlis. & quæcunque
solveris super terram, erunt so-
luta

Articulus XVI.

luta & in cœlis. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Paſce oves meas. Et quāvis Apoſtolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem suā autoritate disposuit. Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monſtretur.

Autor operis imperfecti in Matth. homil. 26. Princeps Apoſtolorū Petrus, super quem Christus fundavit Ecclesiam, verè immobilis Petra, & firma confessio.

S. Ma.

Conciliij Trid. antè Trident.

S. Maximus Martyr apud Bzo.
viii de Rom: Pontif. c. 14. Omnes
termini terræ & quicunque ubi-
que terrarum Christum Domi-
num purâ mente & orthodoxâ
fide confitentur, quasi ad solem
æterni luminis, ad sanctissimam
Romanor: Ecclesiam & ejus con-
fessionem & fidem intenti respi-
ciunt, ex ipsa rutilantem splen-
dorem recipientes spiritualium
& sanctorū dogmatum: quem-
admodūm sex illæ sanctæ Syno-
di disertis verbis, & magnâ cum
religione exposuerunt, apertissi-
mè pronunciantes fidei Symbo-
lum. Ab initio enim adventus
Incarnati Verbi, universæ utique
terrarum Christianorū Ecclesiæ,
à sancta Romanorum Ecclesia,
originem habuerunt, & funda-
men-

Articulus XVI.

mentum solum & maximū, contra quod nullo pacto portæ inferi prævalebunt, juxta ipsius met Salvatoris promissionem, ut habeat scil. claves, orthodoxæ in ipsum fidei & confessionis, & aperiat illis, qui ad ipsam Romanam Ecclesiam cum pietate accedunt, veram & realem & solam pietatem quærētes; & claudat econtra, & obstruat omnes hæreticum, quod loquitur iniuriam in ecclesiam.

Theodoretg Ep. ad Renat. Presbyterum. Tenet sancta ista Sedes, gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum; cum propter alia cum quia semper hæretici factoris expers mansit; nec ullus unquam qui contrarium sentiret in ea sed sit, quia potius Apostolicam

Conciliū Trid: antē Trident.
licam gratiā, petram custodivit.
S. Sixtus I. Papa & Martyr in
suā 2da Epist. decretali, & habetur
2. q. 6. Si quis vestrū pulsatus
fuerit in aliqua adversitate, licen-
ter hanc sanctam & Apostolicam
appellat Sedem, & ad eam, quasi
ad caput, suffugium habeat, ne
innocens damnetur, aut Ecclesia
sua detrimentum patiatur, &c.

S. Pius Papa I. & Martyr Episto-
la 1. ad universos. Christus hanc
sanctam Sedem Apostolicam o-
mnium Ecclesiarum caput esse
præcepit, ipso dicente Principi
Apostolorū: Tu es Petrus, &c.

S. Irenæus 1. 3. contr. hæres. c. 1.
Ad hanc enim Ecclesiam, pro-
pter potentiorem Principalitatē,
necessē est omnem convenire
Ecclesiam, h. e. eos, qui sunt
undi.

Articulus XVI.

it. undique fideles: in qua semper
in ab his qui sunt undique, conser-
tur va ea, quæ est ab Apostolis
us traditio. Fundantes igitur & in-
en- struentes beati Apostoli Ecclesiā,
m Lino Episcopatum administran-
asi dæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus
ne Lini Paulus in ijs quæ sunt ad Ti-
fa motheū Epistolis meminit (2. Ti-
moth. 4. ¶ 21.) succedit autē ei
fo. Anacletus, post eum tertio loco
ic ab Apostolis Episcopatum sorti-
p tur Clemens, qui & vidit ipsos
oi Apostolos & contulit cū eis, &c.

*Anacletus Epist. 2. ad omnes Epi-
scopos.* Si Majorum judicia aut
majores causæ fuerint, ad Sedem
Apostolicam referantur: quoni-
am Apostoli hoc statuerunt jus-
sione Salvatoris, ut majores &
difficiliores quæstiones, semper
ad Se;

Concily Trid antè Trident.

ad Sedem deferantur Apostoli-
cam, super quam Christus uni-
versam construxit Ecclesiam, di-
cente ipso ad Beatum Principem
Apostolorū Petrum. Tu es Pe-
trus, & super hanc Petram ædifi-
cabo Ecclesiam meam.

S. Callistus I. Papa Epist. ad Be-
nedict. & habetur Distinct. 12. cap.
Non decet, non decet à capite
membra dissidere, sed juxta sacræ
Scripturæ testimonium, omnia
membra caput sequantur. Nulli
verò dubium est, quod Aposto-
lica Ecclesia Mater sit omnium
Ecclesiarum, à cuius vos regulis
nullatenus convenit deviare. Et
sicut D E I Filius venit facere vo-
luntatem Patris, sic & vos volun-
tatem vestræ impleatis Matris,
quæ est Ecclesia: cuius Caput

(ut)

Articulus XVI.

(ut prædictum est) Romana exi-
stit Ecclesia.

*S. Cyprian. l. 1. Epist. 8. Deus
unus est, & Christus unus, & una
Ecclesia, & Cathedra una super
petram, Domini voce fundata.
Aliud altare constitui, aut Sacer-
dotium novum fieri, præter u-
num altare & unum Sacerdo-
tium, non potest.*

*S. Marcellus I. Papa Epist. ad E-
pisc. Antiochen. Provin. Solici-
dinem omnium Ecclesiarum jux-
ta Apostolum circumferentes, di-
vinæ circa nos gratiæ memores
esse debemus, qui nos per digna-
tionis suæ misericordiam ob hoc
ad fastigium sacerdotale prove-
xit, ut mandatis ipsius inhæren-
tes, in quadam Sacerdotum ejus
specula constituci, prohibeamus,
illicie*

Conciliū Trid: antè Trident.

illicita, & sequenda doceamus. Tolo
Ipse (Petrus) caput est totius Ec- san&
clesiæ, cui ait Dominus: Tu es int
Petrus, & super hanc petram & fugi-
dificabo Ecclesiam meam. Ejus inde
enim Sedes primitus apud vos rati-
fuit, quæ postea (jubente Do- forni
mino) Romanam translata est, cui nem
(adminiculante gratiâ divinâ) C
hodiernâ præsidemus die. Nec Qui
ab ejus dispositione vos deviare est
oportet, ad quam cuncta majo- cha
ra Ecclesiastica negotia (divinâ est)
disponente gratiâ) iusta sunt re- est
ferri, ut ab ea regulariter dispo- Chi
nantur, à qua sump̄ere princi- eor
pia. Si vestra verò Antiochena, sti
quæ olim prima erat, Romanæ pop
cessit Sedi, nulla est quæ ejus non Ch
subiecta sit ditioni, ad quam o- tra
mnes, quasi ad caput, juxta Apo- nico
stolo;

Articulus XVI.

5. tolorum eorūmq; successorum
c. sanctiones, Episcopi, qui volue-
sint vel quibus necesse fuerit, suf-
fugere, cāq; appellare debent, ut
us nde accipiant cutionem & libe-
rationem, unde acceperunt in-
formationem atque consecratio-
nem.

ā) *Concilium Nicen. Pisan. cap. 39.*
ec Qui tenet Sedem Romæ, caput
are est & Princeps omnium Patriar-
charum. Quandoquidem ipse
nā est primus, sicut Petrus, cui data
re est potestas in omnes Principes
Christianos, & omnes populos
eorum; ut qui sit Vicarius Chri-
na, filii Domini nostri super cunctos
nā populos, & cundam Ecclesiam
non Christianam. Et quicunq; con-
tradicterit, à Synodo excommu-
nicatur.

R

S. Opta.

Conciliij Trid. antè Trident.

S. Optatus Millevitanus l. 2. con-
tra Parmenian. Ignorantia tibi a-
scribi non potest, scienti, in urbe
Roma Petro primò Cathedram
Episcopalem esse collatam, in
qua sederit omnium Apostolo-
rum caput Petrus, unde & Ce-
phas appellatus est: in qua una
Cathedra unitas servaretur ab o-
mnibus, ne cateri Apostoli fin-
gulas sibi quisque defendarent:
ut jam Schismaticus & peccator
esset, qui contra singularem Ca-
thedram, alteram collocaret.
Ergò Cathedra unica quæ est Pri-
ma de dotib⁹. sedit Prior Petrus.
Cui successit Linus, Lino Cle-
mens, &c. Julio Liberius, Libe-
rio Damasus, Damaso Syricius
hodiè, qui noster est socius cum
quo nobis totus orbis commercio
forma-

Articulus XVI.

formatarum, in una communio-
nis societate concordat. Vestræ
Cathedræ vos originem reddite,
qui vultis vobis sanctā Ecclesiam
vindicare.

*S. Augustinus Epist. 92 ad Inno-
centiū I. Papam Rom: Quia te Do-
na minus gratiæ suæ munere in Se-
de A postolica collocavit, talém-
que nostris temporib⁹ præsttit,
ut nobis potiùs ad culpam ne-
gligentia valeat, si apud tuam ve-
nerationem, quæ pro Ecclesia
suggerenda sunt tacuerimus,
quām ea tu possis vel fastidiosè
vel negligenter accipere, magnis
periculis infirmorum membro-
rum Christi pastoralem diligen-
tiam, quæsumus, adhibere dis-
gneris.*

R 2

Artic.

Conciliij Trid. ante Trident.

Articulus Decimus Septimus.

**Omnia à sacris Canonicis,
& œcumenicis Cōcilijs de-
finita, esse indubitanter
recipienda.**

Verba Conciliij.

*Cætera item omnia à sacris Ca-
nonibus, & œcumenicis Concilijs,
ac præcipue à Sacro sancta Triden-
tina Synodo tradita, definita &
declarata, indubitanter recipio
atque profiteor.*

Constantinus Imperator Ep: ad
Ecclesias de habita Nicæa Sy-
nodo: Cùn ita se res habeat, li-
benibus animis cœlesti hoc &
verè divinum suscipere præceptū:
quicquid enim in sanctis Epis-
torum

Articulus XVII.

porum agitur conventibus, id
ad divinam refertur voluntatem.

Theodosius & Valentinianus Ep.
ad Cyriillum: Jam inde à primis
usque temporibus non imperan-
tis cuiuspiam, aut certè imperiū
usurpantibus interminationes, aut
proterviæ; sed sanctorū Patrum,
sacrarūmque Synodorum decre-
ta, eam nobis constituerunt do-
ctrinam. *Idem Epist: aliâ ad eund.*
De indicta sanctissima Synodo
Ephesina nostra screritas ad o-
mnes omnino DEO dilectos Epi-
scopos Metropolitanos litteras
scripsimus, quò nimirum hâc tan-
dem ratione turbæ, quæ ex mul-
tis dissidijs & concertationibus
hinc inde enatæ sunt, ritè secun-
dum Ecclesiasticos Canones cons-
sopiantur.

R 3

Grego-

Conciliū Trid: antē Trident:
Gregorius Nazianzen. Orat: 21.
quæ est in laud. S. Athanasij: Idcir-
cò primum in sancto Cōcilio Ni-
cæ habito, atque illo trecento-
rum atque duo de viginti lectissi-
morum Virorum numero, quos
Spiritus sanctus in unum coëge-
rat, quantum in ipso fuit morbū
compressit. Vide & ipsum Atha-
nasium Epist: ad Epictetum.

Valentinianus & Marcianus e-
dicto quo interdicuntur, prohiben-
turq; disputationes de fide, act: 3.
Synod: Chalcedonens. Cesset iam
profana contentio. Nam verè
impius & sacrilegus est, qui post
tot Sacerdotum sententiam, opis-
sioni suæ aliquid tractandum
reliquit. Extremæ quippe de-
mentiæ est in medio & perspicuo
die commentitium lumen inqu-
rere.

Articulus XVII.

21. rere. **Q**uisquis enim post veri-
tatem repertam aliquid ulterius
discutit, mendaciū quærit. Ne-
mo itaque vel Clericus vel mili-
taris ordinis, vel alterius cujusli-
bet conditionis de fide Christia-
na publicè turbis adunatis & au-
dientibus tractare conetur in po-
sterūm, ex hoc tumultūs & per-
fidiæ occasionē requirens. Nam
injuriam facit judicio religiosissi-
mæ Synodi, si quis semel judi-
cata & rectè disposita revolvere,
& publicè disputare contendit:
cùm ea, quæ nunc de Christiana
fide statuta sunt, juxta Apostoli-
cas **expositiones** & statuta San-
ctorum Patrum trecentorum de-
cem & octo, & cētum quinqua-
ginta, definita esse noscuntur.

Justinianus Imper: authentic. col-

R 4

lat. 9.

Concilij Trid. antē Trident:
lat: 9. de Ecclesiastic. Titul. c. 1. San-
cimus vicem legū obtinere san-
ctas Ecclesiasticas regulas, quæ
à sanctis quatuor Concilijs ex-
positæ sunt aut firmatæ. Prædi-
starum quatuor Synodorum do-
gma, sicut sanctas Scripturas ac-
cepimus, & regulas sicut leges ob-
servamus. vide eund. c. de summ.
Trinit. & fid. Cathol.

Hieronymus Epist. ad Damasum
de trib. hypostas: Nunc prob do-
lor post Nicænam fidem, post A-
lexandrinum iuncto pariter oc-
cidente decretum, trium hypo-
staseon ab Arrianorum præsule
& campensibus, novellam à me
hominè Romano nomen exigi-
tur. Qui, quæso, ista Apostoli
prodidere? quis novus magister
gentium Paulus hæc docuit?

S. Augu-

Articulus XVII.

S. Augustin. Epist. 118. ad Ianuar.

cap. 1. Illa, quæ non scripta, sed
tradita custodimus, quæ quidem
toto terrarum orbe observantur,
dantur intelligi, vel ab ipsis Apc-
stolis, vel à plenarijs Concilijs,
quorum est in Ecclesia saluber-
sima auctoritas, commendata atq;
statuta retineri.

Idem l. 7. contr. Donatist. c. 53.

Nobis tutum est in ea non pro-
gredi aliquâ temeritate senten-
tiæ, quæ nullo in Catholico re-
gionali concilio cæpta, nullo ple-
nario concilio terminata sun-
t; id autem fiduciâ securæ vocis af-
serere, quod in gubernatione
Domini Dei nostri & Salvatoris
Iesu Christi universalis Eccle-
siae confessione roboratum est.

Vincentius Lyrinens. advers. ha-

R 5

ref:cap.

Conciliij Trid: antè Trident.

ref. cap. 42. Quod ne præsumti-
one magis nostrâ, quàm autori-
tate Ecclesiasticâ promere vide-
remur, exemplum adhibuimus
sancti Concilij, quod antè trien-
nium fermè in Asia apud Ephes-
um celebratum est: ubi cùm de
fanciendis fidei regulis discepta-
tur, ne qua illic forsitan profa-
na novitas in modum perfidiae
Ariminensis obreperet, univer-
sis Sacerdotibus, qui illo ducenti
ferè numero convenerant, hoc
Catholicissimum, felicissimum,
atque optimum factum visum
est, ut in medium sanctorum Pa-
trum sententiæ proferré tur, quo-
rum alios Martyres, alios Confes-
sores, omnes verò Catholicos Sa-
cerdotes fuisse & permanisse
constaret: ut scilicet ritè atque
solen-

Articulus XVII

solemniter ex eorū consensu atq;
decreto antiqui dogmatis religio
confirmaretur, & profanæ novi-
tatis blasphemiam condemnare-
tur.

LEO M. Epist 43. ad Martianū
August. Obtestor & obsecro cle-
mentiam vestram, ut in præsenti
Synodo fidem, quam beati Patres
nostrí ab Apostolis sibi traditam
prædicarunt, non patiamini qua-
si dubium retractari, & quæ olim
Majorum sunt autoritate da-
mnata, redivivis non permetta-
tis conatibus excitari. &c.

Gregorius Mag. lib. 1. Epist 24.
Sicut sancti Evangelij quatuor
libros sic quatuor Concilia susci-
pere & venerari me fateor, Ni-
cænum scilicet, Constantinopo-
litanicum quoque, Ephesinum e-

Conciliū Trid: antē Trident:
tiam, Chalcedonense verò totā
devotione amplector, integer-
rimā approbatione custodiam;
quia in his velut in quadrato la-
pide sanctæ fidei structura con-
surgit, & cujuslibet vitæ atque a-
ctionis norma cōsistit. Quisquis
eorum soliditatem non tenet, e-
tiam si lapis esse cernitur, tamen,
extra ædificium jacet. Quintum
quoque Concilium, pariter ve-
neror. Cunctas verò quas præ-
fata veneranda Concilia perso-
nas respuunt, respuo: quas ve-
nerantur, amplector: quia dum
universaliter sunt consensu consti-
tuta, se & non illa destruit, quis-
quis præsumit aut solvere quos
ligant, aut religare quos solvunt.
Quisquis ergò aliud sapit, ana-
thema sic.

Arti.

Articulus XVIII.

Articulus Decimus Octavus.

Hæreses ab Ecclesia damnatae esse damnandas.

Verba Concilij.

*Simulque contraria omnia atque
hæreses quascunque ab Ecclesia da-
mnatas, rejectas, & anathemati-
zatas, ego pariter damno, rejicio,
& anathematizo.*

QONIAM omnes consenti-
unt hæreses ab Ecclesia da-
mnatas & rejectas, esse damnan-
das & rejiciendas, non opus est
in adducendis ex antiquitate te-
stimonijs insudare, ideoque hoc
præterito, transibimus ad ultis-
mum Paragraphum.

Arti-

Concilij Trid. ante Trident.

Articulus Decimus Nonus.

Extra Catholicam fidem
neminem salvum esse
posse.

Verba Concilij.

Hanc veram Catholicam fidem,
extra quam nemo salvus esse po-
test, quam in præsentis fonte pro-
teor & veraciter teneo, eandem
integrali & inviolatam usque ad
extremum vitæ spiritum constan-
tissime, (Deo adjuvante) retine-
re & confiteri, atque à meis sub-
ditis vel illis, quorum cura ad me
in munere meo spectabit, teneri,
doceri, & prædicari, quantum in
me erit, curaturum ego idem N.
spondeo, voveo, ac juro.

Cypri-

Articulus XIX.

Cyprianus l. i. Epist. 6. Ecclesia
una est, quæ una & intus esse
& foris non potest. Si enim a-
pud Novatianum est, apud Cor-
nelium (Romanum Pontificem)
non fuit. Si verò apud Corne-
lium fuit, qui Episcopo Fabiano
legitimâ ordinatione successit, &
quem præter Sacerdotij honorē
martyrio quoque Dominus glo-
rificavit, Novatianus in Ecclesia
non est, nec Episcopus compu-
tari potest, qui Evangelicā & A-
postolicā traditione contempta,
nemini succedens à se ipso or-
dinatus est: habere námq; aut
tenere Ecclesiam, nullo modo,
qui ordinat⁹ in Ecclesia non est.
Foris enim non esse Ecclesiam,
nec scindi adversum se aut di-
vidi posse, sed inseparabilis at-
que in-

Concilij Trid. ante Trident.
que individuæ domûs unitatem
renere, manifestat Scripturæ di-
vinæ fides, cùm de Sacramento
Paschæ & agni, qui agnus Chri-
stum designabat, scriptum sic:
In domo una comedetur, non
ejiciens de domo carnem foras.
Quod circa Rahab, quæ ipsa
quoque typum portabat Eccle-
siæ, expressum videm⁹ cui man-
datur & dicitur: Patrem tuum
& Matrem tuam & fratres tuos,
& totam domum Patris cui colli-
ges ad te ipsam in domum tuam,
& omnis qui exierit ostium do-
mus tuæ foras reus sibi erit. Quo
Sacramento declaratur in unâ
domum solam, id est, in Eccle-
siam victuros & ab interitu mun-
di evasuros colligi oportere.

Pulchrè quoque idē *Cyprianus*
loqui-

Articulus XIX.

loquitur de simplicitate Prælato-
rum, textu, qui incipit, Ecclesia
una est, &c.

S. Hieronymus adversus Luciferianum. In illa esse Ecclesia per-
manentum, quæ ab Apostolis
fundata, usq; ad diem hanc du-
rat. Sic ubi audiēris eos qui di-
cuntur Christi, non à Domino
Iesu Christo, sed à quoquam
alio nuncupari, ut puta Marcio-
nitas, Valentinianos, Montenses
sive Campates: Scito nō Eccle-
siam Christi, sed Antichristi esse
Synagogam. Ex hoc enim ipso
quod postea constituti sunt, eos
se esse judicant, quos futuros A-
postolus prænunciavit. Nec sibi
blandiantur, sed de Scriptura-
rum capitulis videtur affirmare
quod dicunt, cùm & diabolus
de Scri-

Concilij Trid: ante Trident.
de Scripturis aliqua sit locutus,
& Scripturæ nō in legendō con-
sistat, sed intelligendo.

S. Augustin. Epist. 50. ad Boni-
fac. Comit. Multi unum corpus
sumus in Christo. Ac per hoc
nemo poterit esse justus, quam-
diu fuerit ab unitate hujus cor-
poris separatus. Quemadmodū
enī membrum, si præcidatur
ab hominis vivi corpore, nullo
modo potest spiritum tenere ju-
stitiae etiam si figuram membra
teneat quam sumisit in corpore.
Ecclesia Catholica sola corpus
est Christi, cuius ille caput est
Salvator corporis sui. Extra
hoc corpus neminem vivificat
Spiritus sanctus: quia sicut ipse
dicit Apostolus: Charitas Dei
diffusa est in cordibus nostris per
Spiritum.

Articulus XIX.

Spiritum sanctum qui datus est nobis. Non est autem particeps divinæ charicatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaq; Spiritum sanctum, qui sunt extra Ecclesiam. De illis quippe scriptum est: qui se ipsos segregant animales, spiritum non habentes. Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in Ecclesia, & quomodo deinde scriptum est: Sanctus enim Spiritus disciplinæ effugiet fictum. Qui ergo vult habere Spiritum sanctum. caveat foris ab Ecclesia remanere, caueat in eā simulatè intrare. Aut si jam talis intravit, caueat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitæ.

S. Augustin. Epist. 152. l. 2. contr.

Exempl. Parmen. Quisquis à Catholi-

Conciliij Trid. ante Trident.

tholica Ecclesia fuerit separatus, quicumlibet laudabiliter se vivere existimat, hoc solo scelere, quod à Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, sed iram. Dei manet super eum. Quisquis autem in hac Ecclesia bene vixerit, nihil ei præjudicat aliena peccata: quia unusquisque in ea proprium onus portabit.

Lactantius instit. Div. l. 4. c. 30.
Cum Phryges aut Novatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Antropiani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amissio humana & extera vocabula induerunt. Sola igitur Catholica Ecclesia est, quæ verum cultum retinet. Hic est fons veritatis: hoc est domicilium fidei: hoc

Articulus XIX.

hoc templum DEI: quod si quis non intraverit, vel a quo si quis exiverit, a spe vitæ ac salutis alienus est.

Vincentius Lirin. advers. heres.
Ille est verus & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui divinæ religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit, non hominis eujuspiam, autoritatem, non a norem, non ingenium, non eloquentiam, non Philosophiam: Sed hinc cuncta despiciens & in fide fixus, & stabilis permanens, quicquid univertaliter antiquitatem Ecclesiam Catholicam tenuisse cognoverit, id solum sibi tenendum credendumque decernit: quicquid vero ab aliquo deinceps uno, præter

Conciliij Trid. antè Trident.

præter omnes vel contra omnes
Sanctos novum & inauditum
subinduci senserit, id non ad re-
ligionem, sed ad retentionem po-
tius intelligat pertinere.

*Liberius Epist. ad Constantium
Augustum.* Secutus morem or-
dinemque majorum nihil addi
Episcopatui Urbis Romæ, nihil
minui, passus sum: & illam fi-
dem servans, quæ per successio-
nem tantorum Episcoporum cu-
currit, ex quibus plures Marty-
res, extiterunt, illibatum custo-
diri semper exopto.

Pacianus Epist. 1. Sub Apo-
stolis, inquies, nemo Catholicus
vocabatur. Esto sic fuerit, vel il-
lud indulge: cum post Aposto-
los hæreses extitissent, diversissi-
que nominibus columbam Dei

atque

Articulus XLIX.

atque reginam lacerare per par-
tes & scindere niterentur, nonne
cognomen suum plebs Aposto-
lica postulabat, quod incorrupti
populi distingveret unitatem, ne
intemeratam D E I virginem er-
ror aliquorum per membra la-
cerare? nonne appellatione
propriâ decuit caput principale
signari? Ergo forte ingressus po-
pulosam Urbem, hodiè, cùm
Marcionitas, cùm Appollinaris-
tas, Cathaphrygas, Novatianos
& ceteros hujusmodi compre-
sem, qui se se Christianos voca-
rent, quo cognomine congre-
gationem mæ plebis agnosce-
rem, nisi Catholica diceretur?

*S. Augustinus in Psal. 88. conc. 2.
in fin. Amemus Dominū Deum
nostrum, amemus Ecclesiā ejus,
illum*

Concilij Trid. antē Trident.

illum sicut Patrem, istam sicut
Matrem, illum sicut Dominum,
hanc sicut Ancillam ejus, quia
filij Ancillæ ipsius sum⁹: sed ma-
trimonium hoc magnā charita-
te compaginatur. Nemo offen-
dit unum & promeretur alterū:
nemo dicat ad idola quidem
vado, arreptitos quidem & for-
tilegos consulō, sed tamen D E I
Ecclesiam non relinquō, Catho-
licus sum: tenens matrem offen-
dis Patrem. Alius item dicit, ab-
sit à me, non consulō fortilegū,
non quāro arreptitum, non
quāro divinationes sacrilegas,
nec eo ad adoranda dæmonia,
non servio lapidibus, sed tamen
in parte Donati sum. Quid tibi
prodest non offensus Pater, qui
offensam vindicat Matrē? Quid
pro-

Articulus XIX.

prodest si Dominum confiteris,
Deum honoras, ipsum prædicas,
Filium ejus agnoscis, sedentem
ad dexteram Patris confiteris, &
blasphemas Ecclesiam ejus? Non
te corrigit Exempla humani con-
jugij? Si haberes aliquem Patro-
num, cui quotidiè obsequereris,
cujus limina serviendo contene-
res, si unum crimen de ejus cons-
juge diceres, nunquid domum
ejus intrares? Attendite ergo
charissimi, tenete omnes unani-
miter D E U M Patrem, & Matrem
Ecclesiam.

Idem de Symbol. ad Catechum.

lib. 4. cap. 10. Hujus conclusio
Sacramenti per sanctam Ecclesiam
terminatur, quoniam si quis abs-
que eâ inventus fuerit, alienus
erit à numero filiorum, Nec ha-

S

bebit

Conciliij Trid: antè Trident.
bebit D E U M Patrem, qui Eccle-
siam noluerit habere Matrem.
Nihilq; ei valebit quod credidit
vel fecit tanta bona sine fine summi
boni. Ecclesia Mater est spirita-
lis, Ecclesia Sponsa C H R I S T I
est gratiâ ejus dealbata, precioso
sangvine dotata. Totum possi-
det quod à Viro suo accepit in-
dote. Quæcunque congrega-
tio cuiuslibet hæresis in angulis
sedet, concubina est non matro-
na. O hæresis Arriana, quid
insultas, quid exsufflas, quid e-
tiam ad tempus multa usurpas?
Injuriam à te patitur Domina ab
ancilla, multas ei ingeris contu-
melias: licet hæc doleat, non te
magno metuit Sponsa C H R I S T I
sancta Catholica. Cùm enim
respexerit ille Sponsus, ejicieris
gu ut

Articulus XIX.

**tu ut ancilla cum filijs tuis, quo-
niam non erunt hæredes filij an-
cillæ cum filijs liberæ.**

*Idem lib. 1. de Symbol. ad Cate-
chum. Demonstratus est Deus
& Templum ipsius. Templum
enim DEI sanctum est, ait A-
postolus, quod estis vos. Ipsi-
a est Ecclesia sancta, Ecclesia una,
Ecclesia vera, Ecclesia Catholica
contra omnes hæreses pugnans,
pugnare potest, expugnari tamē
non potest. Hæreses omnes de
illa exierunt, tanquam sarmenta
inutilia de vite præcisa, ipsa au-
tem manet in radice sua, in vite
sua, in charitate sua, portæ infi-
orum non vincent eam.*

*S. Augustin. contr. Ep. Fundam.
cap. 4. Ut omittam Sapientiam
quam in Ecclesia esse Catholica.*

S 2

non

Concilij Trid: antē Tridēt.

non creditis. multa sunt alia quæ
me in ejus gremio justissimè te-
neant: tenet consensio populo-
rum atq; gentium; tenet auēt-
ritas miraculis inchoata, spe nu-
trita, charitate auēta, vetustate
firmata; tenet ab ipsa Sede Petri
Apostoli, usque ad præsentem E-
piscopatum, successio Sacerdo-
tum; tenet postremò ipsum Ca-
tholicæ nomen, quod non sine
causa inter tam multas hæreses
sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut
cùm omnes hæretici se Catholi-
cos dici velint, quærenti tamen
peregrino alicui, ubi ad Catho-
licam conveniatur, nullus ha-
reticorum vel Basilicam suam,
vel domum, audeat ostender. Ista
ergò tot & tanta Christiani
dominiis charissima vincula rectè
homi-

Articulus XIX.

hominem teneat credentem in
Catholica Ecclesia, etiam si pro-
pter nostrae intelligentiae tardita-
tem vel vitae meritum, veritas
nondum se apertissime ostendat.

Idem de ver. relig. c. 7. Tene-
da est nobis Christiana religio &
eius Ecclesiæ comunicatio quæ
Catholica est, & Catholica nomi-
natur, non solùm à suis, verùm
etiam ab omnibus inimicis: ve-
liat enim nolint ve ipsi quoque
hæretici & Schismatum alumni,
quando non cum suis sed cum
extraneis loquuntur, Catholicam
nihil aliud quam catholicā vo-
cant. Non enim possunt intel-
ligi, nisi hoc eam nomine discer-
nant, quo ab universo orbe
duncupatur.

Id. S. Augustinus Epist. 204. ad

S 3

Dona-

Concilij Trid: antè Trident.

Donatum Donatist. Foris ab Ec-
clesia constitutus & separatus à
compage unitatis & vinculo cha-
ritatis, æterno supplicio punire-
ris, etiamsi pro Christi nomine
vivus incendereris.

*Vincentius Lirinensis advers. ha-
reses.* Tempore Donati, cùm se-
semulta pars Africæ in erroris
sui furias præcipitaret, cùmq; im-
memor nominis, religionis, pro-
fessionis, unius hominis sacrile-
gam temeritatem Ecclesias Chri-
sti præponeret, tunc quicunque
per Africam constituti, profano
schisma: detestato, universis
mundi Ecclesijs adsociati sunt,
soli ex illis omnibus intra sacra-
tria Catholicæ fidei salvi esse po-
tuerunt.

Idem ibid. Sicut nemini licet
inv.

Articulus XIX.

in vicem provocare aut invidere
in vicem, ita nemini liceat prae-
ter id quod Ecclesia Catholica
usquequoque evangelizat, acci-
pere.

Id. ibid. Omnes Catholici no-
verint se cum Ecclesia Doctores
recipere, non cum Doctoribus,
Ecclesiæ fidem deserere debere.

Idem ibid. Christi Ecclesia se-
dula & cauta depositorum apud
se dogmatum custos, nihil in iis
unquam permutat, nihil minuit,
nihil addit: non amputat neces-
saria, non apponit superflua, non
amittit sua, non usurpat aliena:
sed omni industria hoc unum
studer, ut vetera fideliter sapien-
te que tractando, si qua sunt illa
antiquitus, informata & inchoa-
ta accuret & poliat: si qua jam

Conciliij Trid: antè Tridente.
expressa, & enucleata, consolida,
det, firmet: si qua jam cōfirma-
ta & definita custodiat. Deniq;
quid unquam aliud conciliorum
decretis enīsa est, nisi ut quod
antea simpliciter credebatur,
hoc idem postea diligentius cre-
deretur: quod antea tenuius præ-
dicabatur, hoc idē postea instan-
tiūs prædicaretur: quod antea
securius colebatur, hoc idem
postea sollicitius excoleretur?

*S. Hieronymus Epist. ad Deme-
triadēm cap. 9.* Illud te pio chari-
tatis affectu præmonēdam pu-
to, ut sancti Innocentij, qui A-
postolicā cathedrā & supradicti
viri successor & filius est, teneas
fidēm: nec peregrinam quamvis
tibi prudens callidāque videaris,
doctrinam recipias.

Imp.

Articulus XIX.

*Impp. Gratianus, Valentinianus
& Theodosius cap. de Summ. Trinit.
Cunctos populos quos clemen-
tiæ nostræ regit imperium, in ta-
li volum⁹ religione versari, quam
Divum Petrum Apostolum tra-
didisse Romanis, religio usque
adhuc ab ipso insinuata declarat,
quāmque Pontificem Damasum
sequi claret.*

*S. Gregorius lib. 14. Moral. c. 20.
Sancta universalis Ecclesia præ-
dicat, Deum veraciter nisi in-
tra se coli non posse, afferens
quod omnes qui extra ipsam
sunt, minimè sal-
vabuncur.*

Finis Demonstrationum.

અનુષ્ઠાન અનુષ્ઠાન

S 5 CON-



CONCLUSIO.

AD Te tandem, denuò me
converto Lector extraneo,
sue Acatholice. Vidisti jam ista
illustria Sanctorum, de singulis
Tridentinæ Fidei articulis testi-
monia, quæ omnia perhibue-
runt dum adhuc nec te nec nos
nossent, atque ideo nec tibi nec
nobis vel infensi vel affecti esse
possent. Poterit ne tibi Conci-
lium Tridentinum etiam adhuc
novum esse? Dic mihi nōne vel
solius luminis naturæ ductu co-
gēris fateri, Romanā Ecclesiam
esse veram Catholicam & Apo-
stolicam Ecclesiam, quam in his
& alijs omnibus cum illa Primi-
tiva

Conclusio.

tiva verâ Ecclesia ad amissim.
convenire vides? Poterisne infi-
ciari Lutheranum aut Calvinia-
num tuum cœtum esse hæreticū,
quem toto cœlo ab illa primi-
tiva verâ Ecclesia distare, ipsique
diametraliter esse oppositum vi-
des? fierine poterit, ut tam san-
ctam ac venerabilem antiquita-
tem magis suspectam habeas,
quam cui cœtūs particularem &
à toto mundo despectam novi-
tatem. Eritne possibile, ut tam
unaninem tot præclarissimorum
totius orbis Christiani Doctorū
contempnas consensum, eiq; tam
paucorum vix uni angulo Ger-
maniae innotescentium tuorum
Professorum fluctuantem præfe-
ras ac discordem sensum? Quo-
tus quisque enim est, vel saltem

Conclusio.

in una Academia, qui cum altero in omnibus cōveniat? ne dicam, quām enormiter iñò turpiter Academia ab Academia Regiomontanus à Lipsiensi, Lipsiensis ab Helmstadiensi, & hic ab alio dissentiat? Cūm è contrà apud Catholicos Hieronymus in Syria, Ambrosius in Italia, Augustinus in Africa, Chrysostomus in Græcia, Hilarius in Gallia, alij alibi multis centenis milliaribus, atque sic diversis locis ac temporibus distincti, sva vissimè ac pulcherrimè consentiāt! Sanè sensus iste nō potest provenisse, nisi ex assistentia & illuminatione Spiritus sancti, qui sibi semper similis, semper idem existens, in omnibus suis idem sensit & docuit. Quapropter si hos rejicis,

irre-

Conclusio.

irreprobabiles testes rejicis, illos
nimirūm quos Spiritus S. posuit
regere & docere Ecclesiam Dei,
quóisque Christus post Apostolos
ut seipsum audiendos præcepit:
si testimonia, irrefragabilibus re-
fragaris dogmatibus, universalis
nimirūm cōsensui Ecclesiæ, quā
si quis non audit, ipsius iterūm
Christi præcepto, sicut Ethnicus
& publicanus habendus est. Vi-
deas ergo, quid agas. Res est non
parvi momenti, imò maximi, in
vera Ecclesia esse. Agitur enim
de æterna salute, cuius extra Ec-
clesiam veram, nemo particeps
fieri potest.

Sed ne fortè his omnibus non
accidentis tibi blandiaris, teq; etiā
in vera Ecclesia esse credas, rumi-
nandum tibi unicum dilemma.

pro-

Conclusio.

propono, cum cæteris objecti-
nibus in mea Germanica scripta,
ubi sine dubio omnes resolutas
invenies, remittens.

Ecclesia vera ante Lutherum
aut nunquam fuit, aut unquam.
Si nunquam, quomodo Christus
dixit, se cum illa mansurum usq;
ad consumationem sæculi, cùm
sciverit per 14. sæcula non futurā
in rerum natura?

Si autē unquam fuit, fuit aut
in primo, 2do, 3to, 4to, 5to, aut
uno reliquorū sæculorum; aut
maximè & infallibiliter tūm tem-
poris, cùm Christus illi dicta vers-
ba promissionis loquebatur.

Si tūm fuit, ex eo ipso evinci-
tur, illam ad hunc usq; diē sem-
per fuisse, stante conditione in-
fallibili, quod Christus cum illa
yolus

Conclusio.

voluerit incessabiliter manere,
eamq; contra portas inferorum,
hoc est, contra omnes errores in
fide defendere.

Si fuit quoq; per primū, 2dū,
3tiū, & quartū sēculum, id quod
& asseris & debes cōcedere, cūm
nullum tempus defectionis assi-
gnare possis; debet fuisse totali-
ter atque sincerè secundūm om-
nem doctrinam & actionē, vera,
sancta, & ab omni qualicunque
etiam errore ac nævo fidei pror-
sūs immunis. Ratio est, quia sta-
tim ac incipit errare & deturpari,
incipit esse falsa, & definit esse
vera Ecclesia, nec est amplius Ec-
clesia.

Si igitur Ecclesia semper, aut
saltēm in primis istis sēculis se-
cundūm omnes actiones & do-
ctrinas

Conclusio.

Etrinas fuit vera, sancta, & ab omni prorsus errore ac nævo fidei imunis, necessariò sequitur nullum cœtum hæreseos infamiam posse effugere, qui illi secundum omnia non sit conformis & unitus, vel illam vellicet, aut erroris ac nævi insimulet.

Cum igitur notum sit, & tu jam jam largissimè intellecteris in primis illis sæculis, sacrificatum & oblatum Corpus Christi Deo asservatam sacrâ Hostiam, communicatum sub una, invocatos Sanctos, creditum purgatorium, oratum pro mortuis, uno verbo, omnia illa astitata fuisse, quæ nunc Romano Catholicî agunt: necessariò sequitur modernam Romano Catholicam esse illam veram Christi Ecclesiâ, illiq; omnes

Conclusio.

mnes debere cōformari & uniri.

Age ergo, save animæ tuæ. Reconciliare D E O , conformare & unire Ecclesiæ. Conjice te in gremium Matris hujus, ex quo per Patres tuos exsiliisti. Quid tām diu foris hæres? Satis cursitatum est, satis erratum, satis indultū proprio vel propriæ voluntatis genio. O quām dulce est, & quām jucundum, in portu certitudinis quiescere, nec à procellis & fluctibus errorum ac opinionum extra illum hinc inde agitari & impelli! Nemo enim certus esse potest suorum credendorum, aut quiescere, nisi Catholicus, qui pedem suum super firmam promissionem Christi. & infallibilitate Ecclesiæ ejus fixit. Ratio namq; humana potens est

mille

Conclusio.

mille chimæras sibi fingere, &
illis speciem aliquā veritatis præ-
tendere: sicut hoc ex omnibus
omnium sæculorum hæresibus
clarum est. Noli igitur confide-
re in temetipso & tuo proprio
ratiocinio, sed inclina caput tuū
& subijce collum tuum jugo Ec-
clesiæ, cuius autoritas antiquior
est, quàm omnis tua ratiocinatio.
Sic fiet ut divina gratia sufficien-
tissimum lumen ad plenariam
veritatis cognitionem tibi largi-
cura, tēque in æterna sua ta-
bernacula receptura sit,
vive ergo & vale.



INDEX

INDEX
ALPHABETICUS.

- A** Doratio Sanctiss: Sacramenti,
articulo 9.
Aqua in Eucharistia admixtio. 4.
Aurium & narium cum sputo illi-
nitio, artic: 4.
Aurium & narium & pectoris in-
unctio, artic: 4.
Aqua baptismatis benedictio, a. 4.
Bona opera non solummodo fructus
& signa esse adeptae justificatio-
nis, sed etiā causam augendae e-
jusdem, artic: 5. punct: 3.
Bona opera esse meritoria, artic. 5.
puncto 5.
Confirmationis Sacramentum, ar-
tic. 3. punct: 1.
Crucis signum, artic. 4.
Cereorum & luminū usus, art. 4.
Concupiscentiam non esse peccatum,
artic: 5. punct: 2. Com.

Index Alphabeticus.

Communio sub una specie, artic: 8. Mi
Concilia Canonica & oecumenica
esse recipienda, artic: 17. Or
Catholicam extra fidem neminem
salvari posse, artic: 19. Ole
Diabolo renunciatio facienda, er. 4. Pa
Extrema unctionis Sacramentum,
artic: 3. punct: 2. Pe
Exorcismus, artic: 4. Pr
Elevatio Hostie, artic: 4. Pu
Iustitiam acceptam conservari &
augeri per bona opera. artic. 5.
punct: 3. Re
Imagini Christi & Sanctorum ve-
nerandas esse, artic. 13. Ro
Indulgentias esse, artic. 14. Ro
Matrimonij Sacramentum, art: 3.
punct: 4. Sc
Mandatorum DEI observationem
homini justificato non esse im-
possibilem, artic: 5. punct: 6. Sal
Mis-

Index Alphabeticus.

8. Missam esse Sacrificium, artic. 6.
a. Ordinis Sacramentū art. 3 punct. 3.
em Olei & Chrismatis usus, artic. 4.
em Parvulos esse baptizādos, &c. artic. 5. punct. 1.
4. Peccatū originale in baptismo pe-
nitūs, tolli, non radi, aut non
imputari, artic. 5 punct. 2.
m, Preces pro defunctis, artic. 10.
5. Purgatorium esse, artic. 10.
Reliquias Sanctorum venerandas
esse, artic. 12
e. Romanam Ecclesiam esse Catholi-
cam, & omnium aliarum Ma-
trem ac Magistrum, artic. 15.
3. Romanum Pontificē Petri succes-
sorem, & Christi vicarium esse,
artic. 16.
n Scripturam sacram juxta sensum
z. Ecclesiae interpretādam art. 2.
6. Salis usus in baptismo, artic. 4.

Solā

Index Alphabeticus.

*Solà fide vel solà imputatione ju-
stitiae Christi neminem justifi-
cari, artic: 5. punct: 4.*

*Sanctos honorandos & invocandos
esse, artic: 11.*

Traditiones esse recipiendas, ar. 1.

Tburis & incensus, artic: 4.

*Transsubstantiari panem & vinum
in Corpus & Sanguinem Christi
artic. 7.*

Vestes sacrae, artic: 4.



10
11
12
13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339


340

341

342

343

344



CONCILIO
TRIDEN.
Iois scheffler

Th

2395